

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Sithmann Friedrich Küssow von

## **Disputatio Iuridica De Prioritate Seu Iure Praelationis In Concursu Creditorum**

Stettini: Rhetius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756759048>

Druck Freier  Zugang





K. K - 2 (165.)





DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
**PRIORITATE**  
**SEU JURE PRÆLA-**  
**TIONIS IN CONCURSU**  
**CREDITORUM.**

1.

*Qvam*

SS. TRIADE FELICITER ANNUENTE  
IN REGIO STETINENSIMUM GYMNASIO,  
SUB PRÆSIDIO

Dn. JOHANNIS Sitzmann / J. U. D.  
ac Professoris Publ. Præceptoris & Fautoris  
sui æviternum honorandi,

LL. & Musarum cultoribus examinandam offert,

ac

Publice in Acroaterio Majori pro virium modulo defen-  
dere annitetur

FRIDERICUS à KÜSSOW, Nob. Pom.  
Ad diem XXIX. Januarii, horis  
ab 8. matutinis.

ANNO clp Iec LII.


---

STETINI,

Typis JOHANNIS VALENTINI RHETI,  
Regii per Pomeraniam Typographi.

No. 87.





REVERENDISSIMO, ILLUSTRISSIMO,  
CELSISSIMO & PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

JOHANNI  
DESIGNATOEPISCOPO  
LUBECensi, HEREDI NORVVE-  
GIÆ, DUCI SLESVICI, HOLSA-  
TIÆ, STORMARIAÆ ET DITHMAR-  
SIAÆ, COMITI IN OLDENBURG  
ET DELMENHORST.

*Domino meo Clementissimo.*



Oalent, Princeps Re-  
verendissime, illustri fama Cel-  
sissime, solent inquam Philoso-  
phantes hoc uti dictorio: *Ignoti*  
(:) : nulla

*nulla cupido, nullum desiderium.* - Absolute  
qvidem hoc videtur dictum, sed tamen cum  
grano salis accipiendum. Qvanquam enim  
multorum notitiam non habemus, exter-  
nam faciem ac conversationem qvod atti-  
net, affectu tamen suo erga alios, & laudabili  
effectu erga dignos, acerrimum in nostris pe-  
ctoribus, licet nunqā nobis sint visi, accen-  
dere ac gignere possunt desiderium. Sic plu-  
res hodie Ciceronem in ore & Rōmam in-  
flore videre & audire gestiunt, totiusq; ter-  
ræ tremor Magnus ille Alexander Home-  
rum non solum ipsum, sed & Principes, quo-  
rum is mentionem fecerat, videre ac audire  
appime desideravit. Princeps Celsissime,  
Domine Clementissime, vilis qvidem mea  
conditio haec tenus non permiserit, ut in-  
notitiam Tuæ Celsitudinis pervenire po-  
tuerim, Celsissima tamen Vestræ clementia  
mihi, qvanquam non qvoad faciem ipsam,  
tamen qvoad famam & effecta facta est no-  
tissima: alii enim laudarunt mihi Vestræ  
Celsitudinis singularem in doctos viros ac  
juvenes amorem ac favorem; alii singula-

réni in prōmovenda ad studia apta ingenia  
clementiam; alii justum in justitiam amo-  
rem, & centena alia. Inflammavit hæc cel-  
fissima imo divina fama juvenile meum pe-  
tus, nihilq; magis in votis habui, qvam ut,  
servi instar devotissimi, etiam meam obser-  
vantiam Vestræ Celsitudini nunquam inter-  
morituram pignore aliquo addictionis de-  
clararem. Cum autem Te, Illustrissime  
Domine, vestra sub Musarum auspiciis Res-  
publica ut Servatorem veneretur, non alibi  
devotionem meam duxi exprimendam,  
qvam ad Vestræ Celsitudinis pedes, impul-  
sus præsertim venerandi mei On. Patruelis,  
Amici ac Fautoris, summo honoris cultu  
proseqvendi, voluntate, qvi variorum bene-  
ficiorum sibi collatorum recordatione &  
per me putat gratias Vest. Celsitudini esse  
agendas, & sic qvoq; rivos benevolentiae in  
me esse derivandos, qvi officiositate & servi-  
tiis Patrono præstandis nemini cedere con-  
stitui. Offero itaq; Vest. Celsitudini præ-  
sens Exercitium Juridicum: *De Prioritate*  
*seu jure prælationis in concursu creditorum*:

arduam hanc matetiam juvenilibus meis hu-  
meris impositani defendendam suscepi, non  
ex arrogantia qvadam, qvam ad extremum  
usq; vitæ halitum à me exulare jubebo, sed  
majoruni in studiis meis incrementorum er-  
gò. Ad Tuæ autem Celsitudinis pedes ea,  
qva par est, observantia ac submissione eam  
depono, majorem in modum efflagitans, ut  
non tam vilem hunc effectum, qvam ar-  
dentissimum in me affectum respicere ve-  
lit. De clementi ejus receptione haud du-  
bito, qvando gratiam aliis exhibitam in-  
mentem mihi revoco. Vale diu Princeps  
Clementissime, vigeat Vestra in doctos fa-  
vor, floreant hunc ineuntem annum atq;  
alios perpetuò Vest. Celsitudinis tam corpo-  
ris qvam animi vires, mihiq; suo submisso  
clienti faveat.

*Vestra Celsitudinis*

*addictissimus servus .*

FRIDERICUS à Küsssov,  
Nob. Pom.

# DISPUTATIO JURIDICA DE PRIORITATE SEU JURE PRÆLATIONIS IN CON- CURSU CREDITORUM.

**A**nta modernorum temporum difficultas est, ut variis belli calamitatibus ad extremas usq; medullas exusti, vel propriâ causâ dissipando, ac lurcando homines luxui dediti, facultatibus lapsi, magnô ære alieno obruti, bonis cedant, & creditorum prædæ exponantur, qvos sollicita demum incessit eura, ne vel creditis ex benefacto suo penitus priventur, vel, si quid eorum superest, veluti ex inferno, ex quo alioquin nulla est redemptio, magnâ processus difficultate hauriant, cujus facti contingentia nihil penè, proh dolor! est frequentius. Nos materiam hanc amplissimam, admodum perplexam, scituq; necessariam, angustis thesum cancellis, qvoad fieri potuit, inclusam exhibuti, non per modum commentarii, sed controversiarum nuclei, disputandam proponemus, omne tamen Laconum Minervâ.

1. Agendum nobis est de prælatione creditorum. Creditores autem non intelligimus tantum, qvibus qvis ex mutuo debet, sed etiam ex qvouis alio contractu, aut obligatione, imo & delicto nonnunquam privato obligatus est, l. 4. l. n. & 12. ff. in pr. de V. S. l. 54. ss. eodem. Sub qvibus etiam comprehendimus, qvibus in rem competit actio, per d. l. 4. & 11. Hos creditores aliorum opinione salvâ ad tres principales artamus classes. 1. In *Hypothecarios*, qui non tantum ipsum debitorem sibi obligatum, sed etiam in ejus bonis Jus reale habent qvæstitum. Illi dicuntur ratione hypothecæ, expressæ vel tacite. Expressa est vel *præatoria*, *Judicialis* aut *Conventionalis*. Hæc ultima iterum vel *generalis*, vel *specialis*, *publica*, vel *privata*, *conditionalis*, vel *pura*. Tacita est, vel *præsumta* ratione dominij, qvod rerum Domini præcipiunt, vel *causa* *privilegiata*.

A

privilegiata

legiat. 2. In Personales Privilegiatos sine hypotheca. 3. In Chyrophariorum, qui sunt, quibus debitor personaliter tantum est obligatus. De singulis ordine, ut praefati sumus, videbimus, quomodo scilicet unus praeterea alio in concursu moto habet prælationem.

2. Prælatio nobis esto Jus, quod Creditor alter alteri in solutione ex bonis debitoris præfertur.

3. Regulariter locum habet in concursu plurium, quibus separatis temporibus res una expressè hypothecata est. Quid si ergo unum eodem tempore res multis hypothecatur, quid Juris? Omnes v. c. concurrent in hypotheca sine ullo prælationis respectu, & sive in solidum habeant sibi rem obligatam, concurrendo partes faciunt, vel eas partes recipiunt, in quas obligatio concepta est. l. 10. ff. de pignor. Conditio autem inter hos semper melior est penes possidentem d. l. 10. nisi res agatur inter coheredes maternos ad dotem repetendam, ubi non attenditur possessio ratio, sed dos debet æqualiter inter coheredes dividi familiæ herciscundæ judicio. Idem est in sociis, non vero aliis creditoribus, per l. 4. Qui potior in pignor. Quid optime persegitur Neguzant. 2. membr. 5. part. 1. num. 38.

4. Difficile autem & spinosum est, in certo hos collocare ordine. Et sane dubito, num solum Jus civile scriptum filum hoc sit Ariadne, ad cuius ductum materia hujus labyrinthum tui evadamus, penitus reor jungenda locorum statuta, & receptas consuetudines, atque hoc duplicitate tramite rem omnem felicius posse peragi. Seqvemur autem in hac disputatione potissimum, & quidem magna ex parte ordinem, quem prescripsit judicio Scæbinatus Stetinensis Illustrissimus piae memorie Pomeraniæ Princeps Johannes Fridericus, non negligendo simul, quæ de hac materia jus civile prodidit.

5. Præliminariè dico, posse ante defuncti obærati credores heredem testamentarium, vel ab intestato, ex recta, vel oblique linea succendentem, admitti, si velit esse heres, qui omnino, si non est indignus, creditoribus paternis, vel defunctis satisfacere teneretur in solidum, non tantum ex eis bonis, quæ in hereditate defuncti invenit, sed etiam ex propriis, seu quæ ipse acquisivit sibi Castrensis, vel quasi Castrensis, vel adventitia bona, præsertim si absque confectione Inventarii heres sit factus, hoc enim legaliter confecto, ultra vires hereditarias heres alioquin credito-

ditoribus non obligatur, neq; tenetur de evictione rerum hereditaria-  
rum. l. ult. 12. C. de jure deliber. Qvod beneficium inventarii nihil  
specialiter operatur de jure Saxonico, hoc enim heres ultra vires here-  
ditatis non tenetur, licet inventarium non confererit, Artic. 6. lib. 1.  
Landr.

6. Heres vero si vel ipse sit obaeatus, ejus Creditores non præferun-  
tur defuncti Creditoribus, licet illi jus habeant his antiquius, l. 2. in fin.  
& l. 4 C. Qui potior. in pign. hab. l. potior. ff. eod. Patris namq; vel defun-  
cti representat heres personam, ejusq; jure utitur tam in commodo,  
quam in onere. Commoda autem capere non potest, nisi præstet aut sol-  
vat prius incommoda s. æs alienum creditoribus hereditariis, cui here-  
ditati se immiscuit, vel quam adiit, l. fin. §. licentia. C. de jure deliber. l. 31. §.  
unde ff. de inst. hered. Censetur namq; heres cum defuncto eadé persona,  
qvod tamen interpretandum est per modum fictionis civilis & in ter-  
minis terminantibus. Præcedunt ergo prioris debitoris, sive patris, sive  
alterius cujusdam defuncti Creditores, cujuscunq; hi etiam generis sint,  
separationis Jure, si creditores defuncti hanc petant. l. 2. C. de bon. author.  
Judic. poscidend. §. 1. ff. de Separat. Hinc est, qvod Creditores de-  
functi chirographarii hypothecariis, ab herede in re hereditaria consti-  
tutis, superiores sint. l. 1. & 3. ff. de Separat. Necesse autem est, separa-  
ratio fiat ante quinqvennium, ne forte quinqvennio elapsò bona adeo  
dentur confusa, & commixta, ut separari nequeant. l. 1. ff. de Separat.

7. Herede ab onerosa & damnosa hereditate abstinentे, vel eam re-  
pudiante, hereditas debitoris defuncti cedit Creditoribus, nec dubium  
est, si unus tantum sit Creditor, qvin solus satisfactionem crediti sui pe-  
tit ex bonis defuncti. Verum si sint Creditores plures, eiq; diversi ge-  
neris ac tituli, opus & labor est cognoscere, qui ex his concurrentibus  
aliis sint meliores, & præferendi. Semper enim, qui in jure melior est,  
præfertur illi, qui minus est in ordine fundatus, licet hic & alii plures  
posteriores nihil consequantur.

8. Sed quinam hi meliores? Non sunt, neq; esse possunt ejusdem clas-  
sis, multo minus ejusdem conditionis, ex illis etiam, qui in una collocan-  
tur classe, propter conditionum varietatem, unus alteri præfertur, qua-  
tenus ex peculiari causa privilegiata præfertur. Frequentius imprimis  
ratione statutorum Electoris Saxoniae & Johannis Friderici Ducis Pom.

in prima classe ponuntur *Rerum Domini*. Qvicq; sit, Juris civilis ratione & præscripto præponendus omnibus viderut, qui mutuavit in funeris expensas, in casu tali, quando hereditas non est solvenda per ea, quæ edifferit per textum expressum Marciānus in l. 4. ff. de Religios. & sumpt. funer. impensa funeralis semper ex hereditate deducuntur, quæ etiam omne creditum solent precedere, cum bona solvendo non sunt. Confer. l. 18. ff. codic. & l. 2. ff. de privil. credit. l. final. §. in comparatione. C. de Jure Delib. l. 4. C. de petit. hered. per rationē, quæ moveri Papinianū in l. penult. de Religios. & sumpt. funer. d. l. 2. ff. de privil. credit. ne insepulta jacerent hominum cadavera. Est homo ad imaginem Dei creatus, & expectat vitam venturi seculi. Sepelietur ergo ante omnia debitor, & pecunia ad ejus funerationem impensa & mutuata primum inter credita alia sibi merito vendicat ordinem, summa namq; est ratio, quæ pro religione facit, l. 43. in fin. ff. de Relig. & sumpt. funer. neq; amplius corpus debitoris defuncti in frusta secatum inter creditores dividitur, neq; debitoris cadaver ob as alienum à sepultura inhibendum, neve arrestandum est l. cum sit injustum, ff. de sepulchro violat. l. 38. 39. ff. de relig. & sumpt. funer. Adeoq; privilegium est hoc creditum, ait Ruffus, ut si studiosus moreretur, posset ejus hospes pro impensis libros ejus retinere, qui tamen alias sunt privilegiatissimi in privil. univers. 19. ad fin.

9. Decet autem has funerales impensas necessarias esse, non voluptarias. Actio namq; ut ait Ulpianus in l. 4. ff. de relig. & sumpt. funer. ex bono & æquo oritur, continet funeralis tantum causam impensum, non cæterorum sumptuum, inepta etiam defunctionum voluntates circa sepulturā minime valent. l. 113. §. ult ff. de legat. & Cujus exemplum est in l. medico. 40. ult. §. Mulier ult. ff. de aur. & arg. legat. Æquum autem accipitur ex dignitate ejus, qui funeralis est, ex causa, ex tempore, & ex bona fide, ne plus imputetur sumptuum nomine, quam factum est. Debet enim haberi ratio facultatum ejus, in qvem facti sunt, & ipsius rei, ne ultra modum injuste consumantur.

10. Cœterum, quænam expensæ dicantur funerales, ipsemet explicat Ulpianus in d. l. 14. & Macer. in l. 37. ff. de relig. & sumpt. funer. in qvibus non expresse continentur vespere lugubres, quæ ministris elongiuntur, vel qvas viduæ ex hereditatibus desumunt, cuius tamen rei observantia in contrarium ubivis locorum est recepta, non saltem intersplen-

splendidiores Civitatenes, sed & Nobiles familias, ut liceat pro qualitate defuncti, & bonorum relictorum, viduæ & ministris pallia, & tunicae, fascias, pepla, & similia vestimenta & indumenta lugubria ex bonis hereditariis desumere. Verū advertendum, ne in hereditatibus onerosis, quando defunctus bonis cessit, vel alioquin extremè obēratus est, vestes lugubres ad inanem pompam magis, quam necessitatem assumentur in fraudem creditorum, hoc enim viduæ ac heredum, quorum interest, imputabitur detractioni & damno.

ii. *Monumenta, conviviorum insolentia, & minus necessarii sumptus* huic privilegio non includuntur, ut ante eos alienum esse deducere liceat, sāpius enim vel in heredum, vel creditorum fraudem impendi solent, quod nihil facit ad Justorum exolutionis naturam l. 14. & l. 37 ff. d. tit. Si autem statua erigatur in honorem & memoriam defuncti in loco publico, & licito, a Creditoribus non distrahī debet, l. Eufidius ff. de privileg. Credit. nisi ob crimen læsa Majestatis convicto, & damnato, hujus enim memoria ita more majorum damnabatur, ut ex magistratum albo nomine raderetur, statuae & imagines deponerentur, tituli luto detegerentur, atq; hoc ex SCto, vel ad minus Patribus authoribus. Fachin l. 9. Controvers. q. 34. p. 3.

12. *Fune, aliis accensentur impensa in curam ægroti erogata, illò tempore morbi, quō moreretur, non quæ ante facta reconvalsciente ægrotō.* Ideo inferuntur huc illius temporis Salaria Medicorum, Chirurgorum, Pharmacopolarū, item pretia Medicamentorum, purgationum, Clysteriorū & similiū hujus generis, l. 3. C. de Relig. & sumpt. funer. l. 4. C. de petit. hered. & Notariorum, pro inlinuione Testamenti, & inventarii confectione. l. 4. C. de pet. hered. l. ult §. in computatione autem, De Juri delib. Quæ & timilia credita funeralia legi debent probari per testes, juramenta, ac documenta probantia. arg. l. fin. §. fin autem ff. de Fid. Instrum. Proinde excluduntur ab hoc privilegio aromata, quæ in deliciis habentur, & quæ pro condendis cibis adhibita sunt, quia interdum illa magis sunt ampla, ut magnā defuncti patrimonii partem absorbant, quo ipso, in fraudem Creditorum facta, esent repentina, qui enim in fraudem creditorum alienat, nihil agit. l. 1. ff. Qui manu mittit, non pos. l. 5 §. ff. Titius. ff. Qui & à quibus appellat.

13. Deductis his funebris expensis, proximè ex rerum Dominis vocamus *Spoliatum*, vel *Dominum rei furtim sibi ablatae*, qvi in bonis furis contra alios concurrentes creditores privilegiatos vel hypothecarios habet prælationem, solò excepto, qvi ad funeris expensas pecuniam mutuatus est, hereditate non existente solvendo, hic enim ob pietatem & religionem, ne cadavera hominum linquuntur insepulta, ut loquitur Papinianus *d. loco*, illis præfertur. Noster ergo sermo hic est de iis, qvi ut rerum Domini præter tacitam hypothecā præsumptam in bonis debitorum habent etiam *Rei Vindicationem*, qvi regulariter in primo creditori collocantur ordine, inter quos primū locū *Spoliatus* vel *Dominus rei furtivæ* obtinet, propter hypothecā tacitam. Neguzant. *de pign. part. 2. memb. 4 n. 124.* Est enim rei Domino inscio & invito res sua abstracta, qvod alii Creditores, quicunq; tandem sint, de suis rebus non asserunt.

14. Furtum namq; sive spolium ante omnia restituendum, *l. momentanea C. unde vi. c. redintegranda. l. q. 3.* Etiam absq; refusione pretii, per *l. In civilem. 2. C. de Furt.* qvod per hanc legem in genere tenendum, qvi rem furtivam ignorantiter emit, eam vero Domino debet restituere, nec tamen pretium emptori restituere cogitur, qvod æque tenendum est contra faxeum & durum *Jus Saxonicum*, in *Landrecht lib. 3. art. 7. de Judæis*, qvi hoc habent eo jure privilegii, ut pretium recipiant, qvod ipsò conditio ipsorum melior foret, ac Christianorum, qvod abominandum, per *Glos. ad dictum art. 7. lib. d.* Quicunq; autem scienter res furtivas emunt, præter earum restitutionem, pro circumstantia facti, furtigatione, seu virgarum cæsione puniendi sunt, de quo plura mitto. Verum quare in prælatione inter creditores rei furtivæ Dominus post mutuantem in funus, ut rerum Dominus, locetur, ratio hæc est, qvod res ea non est ex rebus furis, sed ab eis aliena, neq; ex contractu, sed delicto ad eum pervenit. Non enim potest fur transferre ad creditores, qvod est alienum, qvia nemo in aliud transferre potest plus, quam ipse habet. Nemo autem habet jure Domini rem alienam, ergo nec furtivam. Separanda itaq; est ab eis rebus, qvæ cum consensu veri rei Domini ad eum delatae sunt, & spolium ante omnia restituendum suo Domino, etiamsi prædo sit *l. bona fides ff. Deposit.* Dominus autem ex re sibi ablata tacitam habet hypothecam privilegiatam in omnibus bonis ejus, qvi eam abstulit, qvod notabiliter docet *Baldus* ex æqvitate *Juris Canonici*, qvia in delictis

lictis versatur animæ salus, qvoniam tamdiu est in captivitate, dones  
non remittitur peccatum: Non autem hoc remittitur, nisi restituatur  
ablatum, c. si peccatum de R. J. in 6. fac. l. furti C. defurt. Animæ autem  
salus cunctis rebus præferenda est, l. sancimus. C. de S. Eccles.

15. Præter hanc rationem Baldi satis prægnans est & sufficiens modo  
adducta in thesi 13. Certiori namq; non insistendum principio, mu-  
tuante ad sumptus funeralesexcepto, rerum Dominos etiam præferen-  
dos, quantumvis privilegiatos. Rei namq; vindicatio actiones omnes  
hypothecarias & personales vincit. l. 5. §. 18 ff. de Tribut. act. l. 2. C. de  
privileg. Fisc. Sed quæstionis est: Num hæc prærogativa locum inveniat  
in refurtiva consumpta? Nihil hoc moramur: Datur namq; non tantum  
contra ipsum furem actio poenalis furti, sed etiam utilis rei vindicatio,  
& condic̄io furtiva ad rei æstimationem, l. 2 ff. de tign. junct. l. 6 ff. ad  
exhibend. Imo non est alienum ab hoc ius novissimum Caroli V. Con-  
stitut. Criminal. art. 157. Und soll der Beschädigte derselben einfachen  
Vergleichung des Diebstals (aber mit der übermaße nicht) der O-  
brigkeit Geldbuße vorgehen. In Art. 158. Und soll vor allen Dingen  
dem Beschädigten der Diebstall oder Wehet dafür/ so es<sup>3</sup> des Diebes  
Vermögen ist/ wiederumb werden. Condic̄io namq; rei furtivæ sem-  
per durat, qvæ utilis est rei vindicatio, qvam non abnuunt l. 7. & 8. ff. de  
condic̄. furtiv. §. fin. Inst. de obligat. ex delit.

16. Deponens magnâ æqvitate succenturiatur Domino rei furtivæ,  
nulli enim fides ferè major habetur, qvam deponentis erga depositari-  
um, qvem sibi elegit fidum, & amicum, & cui nihil commisum, præ-  
ter rei depositæ custodia, qvæ non transfert rei Dominium l. 7. §. pro-  
tiens foro, ff. de privil. Cred. l. si quis pecunias, ubi Dd. ff. Depos. Adeoq;  
rei depositæ nulla concedenda est compensatio. Aut hæc. Sed jam cautū  
est. C. Deposit. Separandum ergo depositum est à debitoris rebus pro-  
priis, si extet rei vindicatione, si non extet, ad æstimationem repetendā  
per tex: express. in l. 8. ff. Depos. Non obstat l. si ventri §. 2 ff. de re-  
bus auth. jud. possid. Concordat Const. Johannis Friderici Ducis Pom.  
Illustriss. memorie von der priorität und Erstigkeit. Ib. Welcher bey  
dem debitore etwas deponiret/ oder zu getrennen Handen niedergeleges  
hat/ demselben soll solches vor allen anderen Creditoren heraus gege-  
ben/ oder/ so es ohn seinen Willen verthan/ bezahlet werden. Utroq;  
actionis

actionis genere præferentiam Domino rei depositæ propria hypothecariis  
expresse asserimus, hypotheca namque expressa nunquam ponitur, nisi  
in rebus debitoris propriis, depositum autem est dominii alieni.

17. Depositum namque, sine voluntate & consensu deponentis con-  
sumptum, naturam depositi minimè infringit. Fallunt namque; & fallun-  
tur, qui deponentibus, aliarumque; rerum Dominis tantum rem extan-  
tiam rei vindicationem asserunt, consumtarū negant, adeoque; eos ex  
dine rejiciunt, & inter privilegiatos personales, qui jure hypothecæ ca-  
rent, collocant, quasi verò deponens in bonis depositarii non tacitam  
haberet hypothecam, quod clarius docent l. 7. 8. ff. *Deposit.* Benè ex d.  
nostra constitutione tenendum, das zu getreuen Händen niedergelege-  
re Geld æquiparari deposito, quod & verissimum. Hic enim bona fide  
dans, æqvæ ac deponens, non transfert in accipientem rei traditæ  
dominium, quaia, ut ante monuimus, nulla traditio dominium non  
transfert, nisi causa ad transferendum habilis & idonea, puta venditio,  
donatio, vel similis præcesserit, ex qua traditio subseqvatur, §. per traditio-  
nem vers. sed siquidem §. venditæ Inst. de R. O. l. nunquam 31. ff. de acq.  
rerum Domin.

18. Deponentem autem intelligimus quatenus talem, non quatenus  
ex deposito fecit mutuum, usuras percepit, & efformavit contractum  
sceneratitium, in hujusmodi enim deponente jura prioritatis prorsus  
deficiunt. Non obstat d. l. si ventri. 24. §. in bonis 2. ff. de privil. Credit.  
ubi ait Ulpianus: In bonis mensulariis venundendis post privilegia po-  
tiorē eorum esse causam placuit, qui pecunias apud mensam, fidem pu-  
blicam secuti, deposuerunt. Hæc vero verba post privilegia mire tor-  
quent interpres: Si enim post privilegia demum admitteretur depo-  
sitor, emptori, militiae, Noti, Fisco, & multis aliis privilegiatis postpone-  
retur, quod tamē implicat. Sed quicquid sit, aliorum traditionibus mis-  
sis placet Bartoli decisio in l. 2. ff. si cert. petat, ubi ait, voculam POST non  
tantum ad finem, sed & ad initium referri, ut, cum dicimus, post hominum  
memoriam, sensus est verborum, à memoria hominum: Idem est, post pri-  
vilegia, ac à tempore, quo lata sunt privilegia creditorum, depositarii fuere  
potiores, quod verum est de vero depositore, non vero de eo, qui ex de-  
posito fecit mutuum, aut alium contractum, qui rectè post privilegi-  
atos collocandus,

19. Pa-

19. Parum etiam est, qvod objiciunt: Si deponens, aliiq; rerum  
Dominii jus haberent tacitæ hypothecæ, utiq; distingverentur tempo-  
ris prioritate, qvod videtur esse contra l. 7. § fin. ff. Deposit. vel l. 8. eod.  
Quid dicendum? Conjectum est quidem penes rerum Dominios Jus  
hypothecæ præsumptæ, qvia autem hæc principaliter non intentatur,  
ex prioritate temporis prælationem non præcise metimus, sed ex parti-  
tate privilegii. Si namq; plures concurrerent deponentes, vel furtiva-  
rum, aliarumq; rerum Domini, inter se nullam attenderent temporis  
prærogatiyam, sed singuli ejusdem generis in partes coirent; si diversi,  
secundum privilegii discriminarentur prævalentiam, qvod privilegium  
hoc loco non merum personale, cum vel sine hypotheca, sed iusimul rei  
vindicationem directam vel utilem continet.

20. Qvod si verò cum deponente concurrat is, qvi sumptus necessarios  
fecit? Causa est exceptus, cui deponens cedit, qvod manifestò docet l. 8.  
ff. Deposit. Intelliguntur autem sumptus necessarii, non utiles, neq;  
voluptuarli, imo & necessarii sumptus anteriores erogati ab aliquo, an-  
tequam res deposita est apud depositarium. Hæc ratione veram existi-  
matio statuentium opinionem, d. l. 8. tantum loqui de ipso depositario,  
qvi in re apud se deposita sumptus fecit necessarios, non de aliis qvi-  
busvis sumptus necessarios, vel propter factam immisionem, vel aliter  
facientibus, nisi sumptus sint anteriores, non verò post rem depositam  
facti. Non obstat: Maximam esse depositi rationem, ut etiam ante-  
ponatur privilegiis, d. l. 7. & 8. Diserte namq; hic causa ipsa lege exci-  
pitur.

21. Hinc est, qvod deponens propter eminentiam sui privilegii præ-  
feratur mandatario, qvi pecuniam alteri solvere debuit, & non solvit,  
sed alter consumpsit & bonis cesit, qvia hic minimè jure deponentis  
utitur, nec cum eo est pariter privilegiatus: Mandatum enim non est  
depositum, & vice versa. Ideo, quando depositum transit in commo-  
datum, mutuum, precarium, vel mandatum, tota ejus immutatur na-  
tura, neq; amplius depositi jus & privilegium retinet, sed amittit, per  
l. 33. ff. Deposit. Cui non offici l. 25. ff. eod. & l. Lucius eod. § præter-  
ea. Instit. Qvib. mod. re contrah. obligat. Hæc namq; est depositi na-  
tura, ut ei duntaxat commissa sit custodia, non usus concessus, neq; do-  
minium translatum, si vel jam depositum in locum illum inclinet, non

B

amplius

amplius manet depositum, sed ejus natura plane extinguitur, ut ne quidem dici possit depositum irregularare, uti nonnullis videtur. Si vero Depositarius ita abutatur deposito invito deponente, totum peres hunc manet rei, sue vindicandæ jus, nec sine facto suo jure sibi competente privari potest, neq; debet.

22. Deposito eodem prælationis effectu assimilari potest Cambium, h. e. Wechsel Geld, qvod refert ex Andrea Perneder Beuthen, de prælatione. l. 1. cap. 32. Dubito tamen, an tutò hoc sit aserendum, qvia nūq; solvitur Cambiū sine aliquo cōmodo solventis, detrahunt namq; semper quid pro opera loco usurarum, ideoq; Jus Dominii transfertur, qvapropter juri prælationis vix submittendum est cambium, nisi forte in illo casu: Titius, mercator Hamburgensis, accepit à Sempronio studio qvingentos imperiales, ut eos solvat Venetiis per mercatorem qvendam Venetum; Titius vero mox nondum persolutò cambiò moritur obēratus, nullus dubito, qvin Sempronius iustitias depositarii pecuniam suam vindicare possit. Tuttorem locum invenit Locatör, qvia tantum operam, usum aut factum concedit, non rei dominium. l. 5. 9. 25. § 1. ff. Locat. l. ex conducto. 15. § 1. C. si fundus. 33. l. 6. C. eod. l. 13. l. 38. ff. eod. Idem est in precario concedente, commodante & oppignerante, qui singuli vel ulum, vel securitatem transferunt, salvò duntaxat manente peres hos rerum suatum dominio. Ideoq; possunt hi cōtra creditores alios condicitoris, commoditarii creditoris pignoris res suas extantes vindicare, easq; præcipere, &c, sine facto dominorum, ex culpa tamen utentium sint consumptæ, petere earum estimationem.

23. Idem juris habet Venditor in vindicatione rei sue venditæ, nondum in dominium emptoris translatae. Ille namq; in concursu cum ereditoribus emptoris præfertur, qvia rei sue dominus manet, cuius dominio sine facto suo non est privandus, sive emptor sit bona frugis, sive defuga suspectus (qvod ultimum tamē latere debet venditorem) quamdiu namq; uterq; pretium conventum non solvit venditori, vel aliter satisfiat, mercis sue dominium retinet in; egrum & salvum, licet tradiderit. Cui contaria videtur l. 19. ff. de contr. empt. l. procuratoris. § 17. ff. de tribat. att. qvod & vide Dr. Schneider in Sallionū. n. 4 Inst. de act. um qvibusdam aliis. Sed perperat. Traditione namq; non simpliciter transerit rei dominium, nisi concomitante justo titulo ac causa: Qvod ait

Paulus

Paulus in l. nunquam 31 ff. de acquir. rer. domin. § per traditionem 40. Inf.  
de R. D. ibi vendiderit aut donaverit. Ut autem venditio jus hoc obtine-  
at prioritatis in Scabinatu Stetinensi, ex d. constit. reqviritur, ut vendor  
ob rem venditam constituat sibi in bona debitoris hypothecam, donec  
preium est solutum, vel aliter satisfactum. Ibi: *Imglichen / wenn*  
*ihrer einer etwas verkauffet / und sich an dem verkauffeten Gut ein*  
*ausdrücklich Unterpfand vorbehalten. &c.* Qvod & à jure civili non  
est alienum, per l. licet. C. qui potior in pign. habent. Gail. in obf. 12.  
Qvæ necessitas constitutionis hypothecæ etiam attendenda est in  
mutuante pecuniam ad rei alicujus emptionem. l. 7. C. qui potior in  
pign. hab. l. 17. C. de pignor. & hypothec. Qvam cautionem ubi emens  
non adhibet, inter chirographarios ponitur. Secus est in pecunia  
pupillari, ex qva si res ematur, non reqviritur constitutio hypothecæ  
expresæ in ea, sed sufficit tacita, qvæ per se prælationem obtinet, l.  
7. ff. qui potior in pign. habent.

24. Solent etiam Venditores plerumq; in contractu adjicere pacium  
l. cōmisioriæ, vel conditionem, ut res inempta sit, qyamdiu emptor nō  
solverit, vel de eo satisficerit, qvō ipso vendor præfertur creditori  
habenti specialem expressam hypothecam anteriorem, qvia pretiō nondum  
soluta manet res vendita, licet emtori (uti mox dictum) tradita sit,  
in vendoris dominio. Proinde non potest cedere emptoris creditoribus,  
qvia pendente conditiōne nondum facta est emptoris. Qvod ju-  
ris in Depositore & Venditore est, idem etiam est in Commodatore. Com-  
modator namq; rei suæ Dominium & proprietatem non amittit, l. 8.  
& 9. ff. de Commod. Pro Locatore etiam facit l. 25 & 34. C. de locat. &  
conduct. Pro Precario l. 4. §. 3. l. & habet. 15 & tot. tit. ff. de Precar.

25. Rectissime ad hanc classem referuntur Pupilli & Minores, qui in  
bonis tutorum & curatorum suorum, are alieno obrutorum, aut bonis  
cedentium, rerum suarum extantium habent vindicationem, & præ  
aliis hypothecariis creditoribus prælationem, l. fin. ubi Gloss. ff. de tutel.  
& ration. distrah. l. 7. ff. de privileg. credit. l. fin. cum gloss. ff. de tutel. &  
rat. distrah. Novell. 118. c 5 in fin. Qvæ prælatio etiam radicatur in  
bonis ex pecunia pupillari, vel minorum à tutoribus vel curatoribus em-  
ptis. l. 7 ff. qui potior in pign. habent. l. fin. cum gloss. ff. de Tutel & ration.  
distrah. Quin & heredes tutorum tenentur non tantum pupillis, sed et.

am eorum heredibus. Neguzant. 4. membr. 2. p. pr. II. II. & seq. de dolo  
& lata culpa defunctorum tutorum, qvod tamen de levi culpa non as-  
serā, eā tutorum heredes tenēti, per l. 4. Inst. de Magistr. convenient. I. 2.  
C. de hered. tutor. nisi filis cum defuncto sit inchoata, vel luctum ad he-  
redes pervenerit. Anton. Fab. 1. Conject. 12. Qvicqvid dissentiat Cujac.  
13. observ. 39. & 21. Obs. 2. Mercer. 82. opin. 24. Similiter & liberi ratione  
bonorum maternorum, aliorumq; adventatitiorum. It. wegen ihres Pā-  
ten-Geldes präferuntur. Non enim hæc subjiciuntur creditis paten-  
nis, sed ab eis sunt separanda, quemadmodum & peculia Caſtrenſia &  
quaſi Caſtrenſia, l. si quis prioris. C. de secund. Nupt. tot. Tit. ff. & C. de  
Caſtrenſi peculio, & Tit. de Separ.

26. Qvod perinde est, licet pater vel tutor hisce bonis fuerit negoti-  
atus, & fortunis lapsus, quantumvis filius, pupillus aut minor bona con-  
sumta directo vindicare non posse, pro utili tamen rei vindicatione ad  
æstimationem repetendam habent tacitam & privilegiatam in bonis  
omnibus tutorum ac parentum hypothecam, adeoq; creditoribus aliis  
expressam hypothecam anteriorem habentibus präferuntur, imo libe-  
ri in bonis patris & matris, secundas nuptias contrahentibus, per ea,  
qua tradit Neguzantius de Pignor. 4. membr. part. 2. num. 19. 20. imo &  
vitrici, d. loc. n. 15.

27. Secus est, si ipsi liberi vel minores peculia sua adventitia, profe-  
ctitia, caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia alienent, & cum ipsis negotientur,  
quia hoc in casu privilegiū exspirat. Nam tunc non inter creditores pa-  
tris vel tutoris prælatione gaudere possunt, quando ipsis aliorum debito-  
rum facti sunt creditores, imo si & pater vel tutor pecuniam hanc bona  
fide det sub usoris, & mutuariis facultatibus lapsus bonis cederet, pu-  
pillare & peculiare privilegium exspirat, nihil tamen tam tutori, quam  
patri est imputandum, ad ea namq; quæ extra dolum & culpam eorum  
contingunt, non tenentur. arg. I. contractus. 23 ff. de R. 3.

28. Pignus à creditore recepum ad hanc clasem recte pertinet : Li-  
cet namq; debitor pignus tradat creditori, non tamen eo ipso per tra-  
ditionem acquirit creditor pignoris dominium, sed hoc permanet pe-  
nes debitorē, traditio namq; rerum dominii non transferit, nisi ex titu-  
lo ad transferendum apto & habili, quale non est depositum, pignus, lo-  
catum aut commodatum, sed mutuum, emptio, venditio, donatio, le-  
gatum

gatum, fideicommisum. Qvod si ergo pignus suum in bonis credito-  
sis invenit debitor, recte illud repetit, si sit liberatum, vel liberare ac lu-  
ere illud sit paratus.

29. Hi enumerati, & si qui sunt alii, qui jus habent rei vindicationis,  
& dominium rei apud debitorem inventae probare possunt, omnibus  
creditoribus præferuntur. Ratio est, quia debitor non potest rem inter  
sua numerare bona, cuius nungam adeptus est dominium: Ergo, qvod  
ejus non est, ad aliud pertinere est necesse. Qvod vero alius est, sine fa-  
cto suo nemini adimi & auferri potest. Separandæ ergo sunt hujusmo-  
di res à bonis debitoris, nec raptandæ in creditorum abyssum, sed resti-  
tuendæ domino, cuius sunt.

30. Rerum dominis, qvos præsumptam dicimus habere hypothecam  
in bonis debitorum, unā cum rei vindicatione directa, vel utili, proxi-  
me subjicimus crediteores, qui quidem habent quasi tacitam hypothe-  
cam, attamen propter privilegium, qvod eis ex jure competit, aliis hy-  
pothecariis expressis vel tacitis præferuntur, & hoc quidem non princi-  
paliter ob' jus alicuius hypotheca, sed privilegii competentiam. Hi cre-  
diteores primi ordinis, ubi soli inter se concurrunt, non succedunt simul  
pro rata, sed securidum ordinem, prout præscriptissimus, et si sint unius  
& ejusdem generis. v. c. Sunt aliqui, qui mutuarunt in funus, & sunt  
aliqui rerum furtivarum domini, aliqui deponentes. Hi, si simul con-  
currunt, non faciunt concurrendo inter se partes, sed unus post alium  
in suo genere & ordine seqvitur. Concurrunt ergo inter se, primo loco,  
mutuantes in funus, deinde rerum furtivarum Domini, dcinde depo-  
nentes, & sic conseqventer.

31. Seqvitur secundus ordo Creditortim, iste qvōs primum locum  
tenet in Scabinarū Steinenſi Reficiens, si qui mutuavit pecuniam ad ne-  
cessariam refectionē domus, si debitor sibi constituerit certum pignus in  
re refecta, qvæ ratio etiam est, quare hac in re ex statuto posterum Do-  
minos reliquis creditoribus subsequentibus præferatur, de jure autem  
communi hypothecæ constitutio non requiritur l. interdum. 8. & l. seq.  
sed sufficit tacita, qva aliis expressis vel etiam tacitis hypothecis ante-  
fertur. Dd. per l. licet. C. qui potior in pign. hab. casu illo fere unico exce-  
pto, nisi alius creditor, cum quo concurrit reficiens, aut conservans, sit  
privilegiatus, & tempore prior, tunc enim ille huic merito cedit. l. s. ff.

21

qui potior in pign. bab. l. 18. ff. de privil. credit. Glosf. in l. 25. ff. de reb. cred.  
Qvo iplo apparet differentia inter reficiemtē seu conservantē & mu-  
tuantem pecuniam ad rei emptionem, hic enim, uti vidimus in thesi 21,  
opus habet expressā hypothecā, illi sufficit tacita, & propterea videtur re-  
fectorem in secundo creditorū ordine collocandum esse, post rem  
dominos, etiam de jure civili, attamen huic obſt. l. quod quis 18 ad fin.  
ff. de privileg. credit. de quo in diſcurſu videbimus.

32. Ut autem reficiens vel conservans prælationis privilegiō fruatur,  
duo cumulative reqviruntur. (1) ut pecunia exacte ad refectionem mu-  
tuata sit: (2) ut & domus vel navis ex ea pecunia sit revera refecta. Ipsam  
autem refectionem creditor probare non tenetur, reqviritur tamen, ut  
probet, debitorem ad refectionem domus ruinosę pecuniam mutuam  
à se sumptisse, atq; apparere, domum esse refectam. l. 5. 7. ff. qui potior  
in pign. bab. Confer pluribus Neguz. 2. memb. 5. p. pr. n. 3. Ut autem re-  
ficiens creditor prælationis jure uti possit, opus est, ut domus refecta  
tempore concursus creditorum existat, si enim sit collapsa, prælatio ces-  
sat, neq; poterit ex area tale pretium præstolari, qvia non in aream, sed  
superficiem collata refectio est. Ratio hujus est, qvia, cur reficiens, re-  
ficiuens aut conservans, qvove tandem utamur nomine, tot reliquias an-  
teſertur creditoribus, causa militat, qvod per hunc totum pignus om-  
nibus creditoribus, qui ad illud habent jus competens, servatur inte-  
grum & salvum. Exinde evidens est, ut, si domus refecta tempore con-  
cursus sit collapsa, etiam collabatur & intereat reficientis privilegium,  
in quo consentiunt omnes, qvod sciam, Dd.

33. Judicium Scabinatus Stetinenſis eandem prælationem habet  
constitutam in navis refectione, vigore dictæ Constitutionis. Ibi:  
Der sonst zu nothwendiger refection eines Hauses/ Schiffes/ oder  
dergleichen etwas geliehen/ und/ wie solches recht bewiesen würde/  
solches auch verhanden/ und sich darinnen ein Unterscheid befindet/ ic.  
qvod qvoad navim à nonnullis jure communi controvertitur per l.  
gramvis. 7. C. de pign. l. 1. ff. in quibus caus. pign. Ubi nulla mentio na-  
vis facta reperitur, qvod in illa privilegium taciti pignoris speciali lege  
sic constitutum. Tum & ideo refectio domus privilegio gaudeat, qvod  
publicè intersit, ne ruinis aspectus civitatis deformetur, l. 2. §. 27 & l.  
ult. ff. Ne quid in loc. publ. l. 2. C. de privat. edific. Qvæ ratio in refecti-  
onē

ōtie navis vel aliarum rerū cesat. Quid hujus sit, non versamus  
hic in terminis Juris communis, sed statuti, quod est derogatorium Ju-  
ris cōmuni in loco statuentium. Tum & disertē negandū contrariū te-  
nentibus, refectorem præcise non habere jus tacitæ hypothecæ, tam in  
domus, quam navis, vel alias rei refectione, adeoq; hypothecariis sive  
genetalibus sive specialibus non posse præferri, per textum in l. interdum  
§. ff. qui potior in pign. habent. Ubi ait Ulpianus: Interdum posterior  
potior est priori, ut puta, si in rem istam conservandam impensa est,  
quod sequens creditit, veluti si navis fuerit obligata, & ad armandā eam  
vel resciendam eam ego credidero. Hartman. in Observat. Tit. 27. obser-  
vat. 11. n. 10.

34. Seqvuntur ex d. Constit. *Mercedes famulorum aut ministrorum,*  
vulgò *Miedlohn / Dienstgeld.* Saxonibus dicitur *Liedlohn.* Ministri  
enim seu mercenarii, si tempore mortis in defuncti domini servitio  
& ædibus reperiantur, aliis omnibus (exceptis præmemoratis) credito-  
ribus præferuntur. Idem est, si viventibus dominis creditores movent  
concursum, æque iis sunt potiores. De *Jure communi mercedes juri ne-*  
*cessariotum sumptuum adaptare licet, eo quod opera haæ æque ac sum-*  
*ptus sint necessarii, qui non tantum depositum antecant, si depositarius*  
*in eo necessarios fecit sumptus, sed & in rem quamvis facti, quibus res*  
*substantialiter est conservata, adeoq;, quemadmodum necessarii sum-*  
*ptus separandi sunt a cæteris creditis, ita & mercedes ministrorum &*  
*mercenariorum ab omnibus aliis creditis post funerum expensas (in*  
*hereditate scilicet, quæ non est solvendo, & quando non extant rerum do-*  
*mini, quos, ut suo loco vidimus, primo loco posuimus,) separanda es-*  
*sent: quod quidem de Jure civili faciliter obtineretur, præsertim si famuli*  
*vel ministri non ceserint mercedem suam dominis in ulturas, quo casu mer-*  
*cedum privilegium expirat, & pro qualitate contractus vel ad hypo-*  
*thecarios expressos, vel chirographarios refertur fac. l. si ventri ff. de priv.*  
*redit. Privilegio huic concordat Ius Provinciale Nobiliū Pomeraniae, in*  
*Constit. Wollinensi die 24 Maii, A. Domini 1569. Ibi: Wo sonst keine*  
*andere Schulden/ als expensæ funerum und Volck-Lohn verhanden/*  
*so sollen dieselbe vor allen aus der gemeinen Erbschaft/ neben dem Her-*  
*gewehrt/ ic. abgezogen werden. Circa quam rem locorum statuta va-*  
*lant, quæ singula recensere nec lubet, nec licet:*

35. Idem

35. Idem prælationis privilegium non habent in genere omnes opifices, die Handwerker/ in repetenda ex bonis debitoris obærati mercede, h. e. des Handwerkers Lohn/ sed tantum illi, qui ex debitoris materia, corpus aliquod artificiale efformarunt, pro opera enim materiæ debitoris imposita habent justicæ hypothecæ in ejus bonis, quæ aliis reliquis, licet anteriorem expressam hypothecam habentibus, præferuntur, nisi mercedem computent in sortem, & chirographo facto sumant à Dominis usuras, exspirat prælationis privilegium, ac induit simplicis debiti chirographarii formam ac indelem, arg. l. 2. § 2. ff. *Deposit.* Hujusmodi opifices sunt Sartores, Pistores, Cæmentarii, Fabri lignarii, Bibliopegi, & similes. Qvod de Bibliopegi diximus, non idem tenendum de Bibliopolis, quatenus namq; hi rudes suas materias seu libros nondum compactos aut compactos Doctori vel studiose vendunt, nec tamen pretium eis est solutum, manent librorum suorum domini, eosq; vindicare possunt traditione utcunq; subsecutæ, propterea hi non immerito ad primam referendi classem, in qua collocantur rerum domini. Res enim vendita ad emptoris dominium non transfertur, nisi solutum sit pretium, vel de eo aliter satisfactum. *S vendite, in pr. Inst. de R. D. l. qvod vendidi. ff. de contrah. empt. & per ea, quæ tradita sunt in thesi 21.*

36. Alia autem Sutorum, Pelliōnum, Aurifabrorum, aliorumve, qui una cum opera & materiam suam concedunt, ratio est, jus enim hypothecæ nullum habent, sed magis sibi imputent ipsis, quare obærato debitori locarunt & operam & materiam, ideo nullo prælationis gaudent jure aut privilegio, sed si quæ mercedem debitam scriptuā privatâ vel in Calendariis suis adnotarunt, inter chirographarios referuntur.

37. *Salaria* item *Advocatorum*, *Procuratorum*, *Notariorum* per se non habere hypothecam, nisi cum clientibus de ea exprese convenient, ideoq; in classe privilegiatorum horum non connumerari, multorum est traditio, vix tamen reor esse ambigendum, quare nec his jus tacitæ competit hypothecæ, non tantum propter prægnantem rationem l. *advocati. 4. C. de advocat. divers. Judiciis.* Sed & qvod prospiciant indemnitatí omniū creditorū, quantū enim obærato debitori ex consiliis & processibus acquisiverunt, tantum in singulorum creditorum redundant utilitatem, propterea videntur esse bonorum debitoris conservatores, ac eo ipso acquirunt sibi in eis bonis tacitam hypothecam, arg. l. 1. & l. 6 ff.

qvi

qui potior in pign. habent. Ideo rectissime dicit Bald. in l. i. ff. soluto matr. Salaria advocatorum æq; iparari doti, qvæ tamen propriæ tacitam hypothecam maximè est privilegiata, & expressis hypothecariis præponitur. An verò & qvomodo Advocato salarium solvi debeat, declarat l. i. § in honorariis. 10. ff. de var. & extraord. cognit. Petitur autem tribus actionibus per certi conditionem, ex stipulatu, vel per officium judicis, quod tradit Gail. 1. obs. 44 n. 3. per Gloss. in l. ux. C. de suffrag. in verb. constringerint. Speculat. tit. de salar. advocat. § 1. n. 4. Certum est, Doctori, vel Professori, licet pestis tempore, vel alia eveniente calamitate per integrum annum non legerit, sed tantum ab initio, integri anni salariū deberi, vel, si intra annum completum moriatur, anni salariū cum restante solvendum esse viduæ, vel liberis relictis, quod bene probat Natta Consil. 452. Gail. 1. observat. 44. n. 12.

38. Mercedibus ministrorum & mercenariorum regulariter subjiciuntur debita ecclesiæ, Xenodochiorum & nosocomiorum, circa qvæ etiam variant statuta. Jure communi sequitur Fiscus ratione debiti primipilaris, quod in jure valde est privilegium, etiam qvoad dotē, prout visetur in l. 3. & 4. C. de primipil. l. 4 C. in qvibus caus. pignor. Item propter causam publicam tributorum, vectigalium, decimationum & collectarum, ob qvas Fiscus tacitam habet hypothecam, & prælationem aliis expressam habentibus, licet anteriorem postpositis, publicâ namq; utilitas privatæ est anteponenda. Cuinon obſt. Gloss. fin. Tit. in qvib. caus. pign. vel hypoth. tacite contrab. Fiscum præferri creditoribus habentibus expressam hypothecam posteriorem, non anteriorem, quam falsam Glossam ait Sichardus, ut hoc salis ei aspergatur, si debitor Fisci esset privatus, qvì transculisset in se obligationem alterius, vel haberet hypothecam anteriorem in fundo privati, non posset ei præferri Fiscus, qvia in contractibus & delictis utitur jure privatorum. Secus est in debitore, qvi ex causa publ. tributa vel collectas Fisco debet, si & hic aliis privatis sese obligasset, positâ eis hypothecâ expressâ, Fiscus omnibus his præfertur, quantumvis anterioribus.

39. Fiscus propriè competit Imperatori & Statibus Imperii, inter qvos etiam connumerantur Imperiales Cittates Libere contra Saturninam opinionem Knichii jam diu damnatam. Status hæ sunt, & Principum jura habent, licet non personalia, attamen realia, ut, qvamvis non dicantur

tur **Hohe Landes**-Fürstliche Obrigkeit/ recte tamen appellantur **Hohe Landes** Obrigkeit. Jure territorii & Episcopali utuntur, & sessionem habent in publicis imperii comitiis, & eodem cum aliis statibus jure & prærogativâ fruuntur, qvod alibi latius deduximus.

40. Reliquis Civitatibus mediatis seu municipalibus jus Fisci minimè competit. Bald. in l. i. num. 8. C de heredit. vendit. qvia sunt ad instar privatorum, l. cum, qui rectigal. ff. de V. S. & aliorum superioritati & Jurisdictioni subjectæ, & propterea nō dicuntur Respublicæ. Ideoq; ait Baldus consil. 400. Civitatem Paduam jura Fisci non habere, qvia subest excelsæ Reipubl. Venetorum. Habet tamen hæc civitas, quemadmodum alia omnes municipales & mediatæ, Bursam seu arcam communem, l. i. § qvibus. ff. Quid enjusq; universi.

41. Et qvamvis Regalia verè ac proprie non habeant, habent tamen regaliū usum, qvō possunt ex cōventione inter cives indicere & exequi mulctas, contributiones, decimationes: (qvæ alias proprie tantum competunt Statibus Imperii & Civitatibus liberis.) Et propterea ex statuto hæc civitates ratione restantium mulctarum, contributionum aut decimationum, omnibus aliis creditoribus expresam hypothecam privatam habentibus anteferuntur, qvæ observatio viget etiam in inclita Stetinensi Civitate, per d. constit. Ibi: Folgendes nachständiger Schöf/ Stewer/ Zehenden/ und was des Landes Fürsten Kammer der Debitor schuldig befunden. Hæc prælatio in hac constitutione statim subjicitur sumpibus funerum, qvam ita interpretamur, qvando hereditas est solvendo, si secus, primo loco funerales sumptus esse collocandos, uti vidimus in thesi 6. 7. 8. cum seqq.

42. Restantes contributiones, decimationes (inter quas consummatut illa, qvam appellant GrundGeld) qvæ tamen æque ac personalibus oneribus publicis à conductoribus ac emptoribus contractis non sunt prægravati rerum Domini, locatores, seu venditores pretiō nondum solvit) subseqvitur ex d. constit. Gerada viventis, die lebendige Gerade/ so viel dero verhanden/ qvæ inter alia pro statuto Stetinensi ex jure Magdeburgensi assumpta describitur de dato Stetin 26 Martii, A. 1578. De reliquis bonis debet à marito vel uxore superstite legitimum confici inventarium, & illud creditoribus exhiberi, deinde judiciales hypothecæ succenturiantur, qvarum judiciales præferuntur extrajudiciaibus.

43. Idem

43. Idem fere est ordo de jure civili scripto: Qui enim habent tacitam hypothecam præsumptam, vel quæ sunt rerum Domini, vel causam habent prærogatiæ, hypothecariis expressis præferuntur, quem ordinem hucusque pertractavimus. Succedit Dōs mulieris, de qua principaliiter disceptatur: Num dos illata eō, quod causa ejus sit. Valde prærogatiæ, præferatur aliis creditoribus, expressam hypothecam anteriorem habentibus? Præsupponendum hic est, prærogium dotis non computati à tempore promissionis aut solutionis, sed illationis. Latissimè hanc materiam disputant Dd. sed plerique frustra. Decisivè dicendo, verbulō aīo, ex jure scripto regulariter vix aliud statuendum esse, quam quod causa dotis ceteris aliis hypothecis anterioribus & posterioribus, generalibus & specialibus, sit anteponenda, quod ex generalitate l. assiduis. qui potior in pign. habent. & aliis administriculis non aliter cuivis hariolari licet.

44. Ut autem dos hanc obtineat prælationem, rigorose opus est, ut sit fealiter illata, non enim sufficit promissa aut confessata, utcunq; creditoribus aliis in prælationis suæ probatione deficentibus, quod cum Cravetta contra alios varios ita tenemus. consil. 40. n. 9. Dotis enim illatae hæc efficacia est & virtus, ut tempus illationis retrotrahatur ad tempus promissionis & dationis, à quo tunc computatur prærogium, quod plerisque ita visum est Dd. quos non cumulo. Providebit sibi autem eō melius mulier, si pactis dogalibus dotis prærogativam sibi reservet, quia pacta sunt omnino servanda. l. cum traditionibus 49 ff. de Pact. l. legem. C. rod. l. 1. C. de Pact. convent. l. pen. C. de dot. promiss.

45. Hæc, quæ de dote diximus, locum non habent in jocalibus seu ornamentis muliebribus, si non expresse constet, maritum ea constante matrimonio uxori donasse: Donatio autem hæc non præsumitur, plus enim saepe ambitione mulieres ornatu hoc sumptuoso ac splendido onerant maritos, quam ille ex dote lucratur, Bartol. in l. 1. § nec Castrense num. 111. ff. de Collat. bon. ubi Dd. Ideoque, si mortuorum maritum vidua donationem hujus muliebris ornatus à marito sibi factam probare non potest, reperuntur ab heredibus mariti. Bart. d. lot. Gail. 2. obser. 91 n. 3. qui ex eodem Bart. refert, vestes quotidianas ad ornatum hunc non pertinere, sed eas præsumi à marito donatas. Quæstionis est: Num Paraphernalia dotis obtineant prærogativam? Vix est, ut de hoc dubitare liceat, per l. ubi adbuc. C. de jure dot. c. ex literis de pignor. Vesenbee. in paratit. ff.

in quib. causis pignor. tae. contrah. imo & de alimētis mulieri ex bonis mariti præstandis, nec de rebus aliis mulieris, qvas ad maritū attulit, ideoq; etiā qvoad hoc attendendū est, an dos sit illata, necne? in hoc casu probat Gail. mulierem à marito non esse alendam, sed poste eam domo jure ejici a. obser. 7. n. 2. per tit. æquius tamen judicat, propter amorē matrimonialē nihilominus deberi mulieri alimēta, etiam si nullam dotē atrulerit, & propter hæc alimēta reliquias expressas hypothecariis esse anteponendā, d. loc. & tradit. Mysing. cent. 1. obser. 64. qui tamen magis videtur dubius, qvam ut rem decidat. Qvicquid sit, malit qvis maritus habere uxore gravam, officiosam & probam indotatam, qvam qvæ dotem promisit, & non solvit, qvin huic deneganda sint de jure alimenta, non ambigo.

46. Qvar. Num dotis privilegium extendatur etiam ad mulieris heredes? Melioris decisionis gratiā distingvendum est inter mulieres, carumq; heredes. Ponamus, maritum in duobus vixisse matrimonii, & ex ambabus uxoriibus procreasse liberos, dicimus liberos & nepotes prioris matrimonii matre defunctā & patre ad inopiam vergente anteferti in votis repetitione suæ matris defunctæ liberis & nepotibus posterioris matrimonii exclusis, per notat l. assiduis ult. § & ideo conseqq. l. fin. § exceptis C. qui potior in pignor. habent. Autb. c. commun. de Success. Novell. § 4. c. 1. Præter liberos & nepotes ergo anterioris matrimonii excluduntur reliqui heredes mulieris omnes, sive sint Ascendentes, sive Collaterales, siqvidem ad hoc privilegium dotis non porrigitur. Reusner. l. 1. consult. c. 53. restringit hoc privilegium dotale, si adhuc exstat in bonis mariti, qvia, si non exstaret, & à marito esset absumpta, suō careret privilegio. Non video, qvare ita si. statuendum. Si enim dos exstaret, non haberet mulier opus hypothecariæ, sed posset ut rei suæ Domina eam repetere per vindicationem, qvæ hypothecariæ multis modis præfertur. In hoc n. casu mulieres collocandæ esent in primo ordine creditorū inter rerum Dominos. Proinde qvando mulier utitur hypothecaria, ideo hoc facit, qvia constante matrimonio maritus dotem consumpsit, potuissest namq; mulier vivō adhuc maritō, eōq; ad inopiam vergente, qvocunq; hoc modo ac casu contingat, dotem suam illatam experete ac vindicare l. si constante. dub. D. ff. solet matrimonium. Gail. 20. obs. 83. per tot. Utroq; ergo casu mulier ratione dotis suæ indemnus est, sive rei vindicationis actiones, seu hypothecariæ contra mariti creditores experiatur.

Ne-

Necessæ etiam est, ut pater ex propria pecunia ac bonis dōtet filiam, non ex mutuata pecunia & aliena, qvi namq; licet fiscus sit, mutuam dat patri pecuniam, qva emat fundum dotalem, deficiente postea patre Fiscus in fundo illò dotali præfertur. *l. cum patrem. 6. ubi caſtrenſ. de Privil. Eſſci. l. pecunia. 5. ad fin. C. eod.*

47. Sed adverendum, qvæ de dotis prælatione diximus, anne hoc aduersum sit statutis locorum, qvod tradit Baldus, quem seqvitur Mynsing. *l. t. cent. 4. qvi ait: Mulierē præferri hypothecam habentibus exp̄resam posteriorem, non anteriorem, qvod in multis locis Saxonie & Marchiæ receptum esse testatur Dan. Moller. part. 1. constit. 28. n. 34.* Qvod ipsum num ex statutis ita introduci posst, indubium est, derogant namq; statuta locorum juri communi, imo & illud abrogant in loco statuentium, c. qvæ à jure de R. J. in pr. *l. Qvod vero contra ff. de test. De eius Consil. 19. n. 13.* Atq; hoc in calu strictissimam recipiunt interpretationem, & ultra casum, de quo loquuntur, non posunt extendi, nec ex identitate rationis, Bartol. in auth. quas actiones. n. 9. C. de Sacrosancto Eccles. Caphal. Consil. 247. n. 37. Citra calum statuti cessat dotis privilegium, si mulier sciens nubat maritō obēratō, *Gail. 2. observat. 84.* fruſtra enim implorat legis auxilium, qvi peccat scienter in legis præjudicium. Imo si expresse dotis prælationi remitteret in creditorum mariti favorem, qvæ renunciatio juris per se introducti nemini regulariter prohibita est. *l. si quis. C. dt. paſt.*

48. Privatur & privilegio suo mulier facta apostata, heretica, si committit crimen læſe majestatis, convicta sit de beneficio, homicidio ac vi publica, qvos & similes casus cumulat Neguzant. *4. memb. 2. p. pr. 68. 70. qvi videantur.* Hoc bene notandum: Dotis prærogativam non extendi ad illa bona mariti, qvæ cum antiquo aliquo onere alieno ad matrūm ex contractu qvodata transierunt, hoc enim antiquum enus aut creditum vincit dotem, Neguzant. *d. l. n. 27.* Sed qværitur: Num, vergente ad inopiam marito, mulieri, agenti hypothecaria, possint creditores offerre dotem, & eam à marito vidente avocare? Baldus eumq; sequentes tuentur affirmativam per rationes non contemnendas, tutius tamen est, insitamus negatiuae, cuius rationes adhuc videntur præstantiores, cui & calculum adjicimus. Qvæſtionis autem est non inelegantis: Num extra casum inopiam mariti posset mulier expetere dotem? Per hypothecariam

simpliciter negamus. Item, si ipse maritus constituat mulieri pro dote hypothecam expressam, an hoc ipso tollatur tacita? Non assererem, nisi in expressa magis possit mulieri esse provisum, Boer. Decis. 332. Cesat etiam causa dotis, ubi ex consuetudine loci receptum est, ut mulieres pro certa parte creditorum in dote sua sint obligatae, quam consuetudinem laudat Beuterus, constringi namq; hac nonnullarum mulierum ambitionem & luxuriam, & incitari ad meliorem rei domesticae curam, ne, si matitus facultatibus labatur, ipsæ ex dote sua creditoribus solvere teneantur, lib. 1. consult. cap. 38.

49. Similiter & dotis causa locum non habet, quando mulier est mercatrix, quam describit Ius Lubecense lib. 3. tit. 6. artic. 21. ult. Eine KaufFraue ist / welche aus und ein kauffet / offene Lade und Fenster hält/ mit Gewicht/ Wage/ Maß und Ellen aus und ein wieget oder misset. Connumeratur huic etiam Cauponariæ die neben ihrem Manne öffentliche Wirtschaft hält/ quod pluribus refert Gail. 2. obf. 90. ubi post text. & Dd. à se allegatos ait, hanc communissimam else Germaniae consuetudinem. Singula, quæ de dote in constante matrimonio diximus, locum habent etiam in sponsa, l. 24 ff. de Privil. credit. Aliena autem sunt à dotis prælatione regulariter dotalitia, & propter nuptias donationes, secundum quosdam, quin tamen in certo sensu & respectu doti accommodari possint, non abnuo, per Novell. 91. Auth. donationem C. de jure dot. Novell. 95 c. 1.

50. Tum & dotis prælationi opponit se emptor militiae, qui ex ipsis juris textibus doti præfertur, l. fin. ubi Dd. de Pignor. l. si quis. II. C. de proxim. Sacr. Scrin. Authent. Quo jure utimur. C. qui potior in pign. hab. præfertim quando emptor militiae sibi constituit & reservavit hypothecā, vel ea emptio est dote anterior, si secundum est, potior est causa dotis, quod bene deducit ex Dd. & d. auth. Beutherus Consult. lib. 1. c. 56. Neguzant. 2. Memb. 5. p. princip. n. 22. Emptorē militiae comparat Beutherus illi, qui pro redemptione præbendæ pecuniam mutuam dedit collatori remunerandam, item pro ordine quodam equestris sibi comparando, cuius rationibus plane adstipulor.

51. Ordinum equestrium tria summa & principalia sunt genera. 1. Ordo dicitur CLEMAT milites, vel Eqvites Torqvati. 2. Spirituales Eqvites. 3. Eqvites aurei velleris. In primo ordine sunt undecim speciales ordines

ordines, à quibus sex sunt sublati, inter quos celebris est aurei Velleris,  
des Guldensē Hleßes. Autor hujus fuit Philippus Dux-Burgundia  
A. 1429. 10 Januarii in honorem nuptiarum cum Isabella regina Portugalliae celebratatum. Eqvites hujus ordinis gestant aureas catenæ cum  
aureo agno & hac inscriptione: PRETIUM NON VILE LABORUM.  
Item ordo Periscelidis, alias Cateriorum, Garten oder Hosenbendels.  
Autor hujus fuit Edvardus Rex Angliae, qui comitissam Adelheit à Sas-  
lisberd adiudicavit, & in chorea decisæ ejus fascias crurules a terra sump-  
turus tunicā simul prehendit, & crura emundans risum movit. Indignan-  
tis comitissæ causa eum instituit anno 1351. Signum est fascia crurulis  
margaritis ornata, & sub levo crure ligata glauci coloris, cum hac in-  
scriptione, HONI SOIT QVI MAL Y PANSE. Eqvitum Spiritualium  
seu S. Crucis reperiuntur 17. ordines speciales, inter quos sunt ordines  
Sancti Johannis, seu Hierosolymitani, die Malteser Ritter. Adornatus  
est hic ordo à Raimund à Poggio post superatas Turcas & orbem Hiero-  
solymam receptam A. 1099. Eqvites Maltesii gestant in sinistro latere  
albam crucem in hac forma  Reliqua mitto. Vid. Lansov. & Meyf.  
de ordine eqvestr. c. 20. Cæl. Rhodigin. antiqu. leet. l. 6. c. 12. Sed haec obiter,  
Jam ad rem.

52. Item is, cui cum consensu Domini & agnatorum expressa hypo-  
theca in feudo constituta est, quod idem est, si pluribus talis consensu fit  
impertitus, quia hi secundum temporis prioritatē prælatione fruuntur,  
& omnino anteponuntur aliis consensum Principis non habentibus.  
Ceterum in hac prælatione respicienda etiam sunt locorum statuta &  
convetudines, an & quando, his causis dōs postponatur.

53. In Scabinatu Stetinensi super prælatione dōtis in concursu credi-  
torum non disputatur, quia inter conjugēs post ingressum torum est cō-  
munio bonorum. Ut autē hæc cōmunio continuo detur, necesse est, ut  
utraq; conjugum bona sua propria & à se constante matrimonio acqui-  
sita in cōmunionem conferat, ea invito alteri non alienet & amoveat,  
alioquin, quæ ita alienata sunt in matrimonio improli, in casum mortis  
alienantis, detrahuntur ejus scriptis vel ab intestato venientibus heredi-  
bus. Hinc est, quod conjugi alienanti & amoventi ex cōmunione bo-  
na acquisita non possit in præjudicium alterius de eis testari. Quia ille  
non videtur testari de communib⁹ bonis, quatenus partem eorum su-

am

am asserit, nisi mediante collatione bonorum amotorum, ac sine con-  
sensu ac scientia partis alterius illicite alienatorum. Peckius de Test. con-  
jug. lib. 2 c. 1 Moller. in seme str. part. 3. c. 7. per tot.

54. Determinatā sic causa dōcis & præsupposito creditore illo, qui ex-  
pressam hypothecā in feudo cum consensu Domini & agnatorū sibi  
conqvisivit, emptore item mili ia, recto nunc ordine continuamus cre-  
ditores illos, qui in bonis debitorū expressam sibi hypothecam habent  
constitutam. Hoc dum agimus, melioris doctrinæ ratione primum per-  
quiremus, quodnam sit pignus, vel. ut hic sumitur, hypotheca, quæ nem-  
pe sit prætoria, quæ judicialis, & quæ conventionalis, & quam inter se ha-  
beant discrepaniam, rationēq; prælacionum in concursu.

55. Prætorium est, quando Iudex pro tribunali rogatus per inter-  
locutoriam exprimo decreto aliquen mittit in possessionem alii uis  
rei servandæ gratiā, vel quia debitor fuit contumax, vel quia præsens  
fraudulenter & malitiolē latitando, vel absens non satisfecit, quæ cau-  
sa est realis immisionis in rem vel singularem, puta vel legatorum vel  
ventris nomine, aut bonorum universitatē, quando hereditas est ja-  
cens. Taliter immisus vice pignoris bona debitoris retinet, in eiusq; com-  
moratur, ne videlicet pesum eant fructus, & ut sciri possit, qui colli-  
gantur. l. 15. cui. § qui legatorum 22. ff. ut in posses. legat. donec reus  
veniat responsum, quod fieri debet intra annum, ut præster cautionem  
in judicio sisti & actori immisso refundat expensas, Auth. & qui jurat.  
C. de honor. authorit. l. si quis 8. § pen. C. de prescript. 30. annor: quod anno  
elapsō, secundō decreto omisso, in realibus missus constituitur verus  
possessor, c. 1. 2. de eo, qui mitt. in poss. rei servand. l. si quis § d. tit. quod  
anni tempus communius etiam spectatur in actionibus personalibus,  
præcise tamen requiritur condum decretum, quo in realibus opus non  
est, l. fin. § & in aliis. Extr. ut lit. contestat.

56. Judiciale pignus nascitur ex sententia judicis definitiva. Damna-  
tō enim reō non solvante, vel sententiā in rem judicatam transeunte,  
mittitur actor in rei bonorum possessionem ex causa judicati, quæ im-  
missionis constituit pignus judiciale. l. Divo pio. § si super rebus cum seq.  
ff. de re judic. Quamvis autem in generali vocis complexu Prætorium  
pignus idem sit, ac judiciale, & vice versa, in hoc tamen potissimum dif-  
ferunt, quod ad illud sufficiat interlocutoria, hoc vero requirat defini-  
tivam.

tivam. Ceterum in utroq; actualis necessaria est immisio & realis possessio, neutra enim sine tui interventu minime constituitur, l. non est mirum. ff. de Pignorat. astina. Confer Richard ad Rubric. de Pignor. ad hys potbec. n. 54. Neguzant. part. 3. membr. 3. n. 2.

57. Aliud ergo est ab hisce conventionale pignus, quod nuda conventione, praesertim in instrumento quodam publico aut privato, expresse, sive generaliter, sive specialiter, constitutum est, atq; eo ipso statim, ac constitutum est, intelligitar pignus aut hypotheca contracta, quamvis nulla intervenerit immisio, & realis possessio: Habet namq; creditor ex hoc contractu jus qualicum ad rem, actionem nempe realem, ad rem sibi qualicunq; modo expresse hypothecatam petendam, per l. & ff. de Pignorat. astim. cum similib.

58. Hujusmodi pignora & hypothecæ conventionales, speciales nimurum, contrahi posunt ab omnibus, qui verum mobilium ac immobilium directum vel utile habent dominium, praesertim in allodialibus. Necesse namq; est, ut res specialiter hypothecata tempore obligationis contractæ fuerit in bonis debitoris, si enim post obligationem initam superveniret, speciali hypothecæ non conveniret, sed generali, sub qua non praesentia tantum, sed & futura comprehenduntur bona, Neguzant. de pignor. & hypoth. p. 11. n. 1. Quod utile dominium attinet, exemplum singulare est in usufructuario, qui jus suum alii vendere, oppignorate, adeoq; alienare potest, non autem cedere extraneo, hoc enim non potest pure & simpliciter a se abdicare, & privative in præjudicium proprietarii alii extraneo concedere, quia ususfructus servitus personalis est, & cum persona extinguitur, l. 1. ff. de serv. l. 3. § fin. Quib. mod. ususfruct. smitt. Venditio autem vel oppignoratio ususfructus eatepus consessa, ut emptor vel creditor non utatur ususfructu jure proprii, sed jure venditoris vel oppignorantis, cuius morte conradus exspirat, plus enim juris ususfructuarius in aliud, quam ipse habet, transferre non potest.

59. Quod licitum est usufructuario debitori, minimè licet Marito alienanti vel oppignoranti feudum dotale inestimatum, vel estimatum, de quo dixi ad Tit. 8 lib. 2. Institut. Neq; Vasallo in hypothecando feendum, nisi Domini accedente consensu, quod firmata hypothecatio jus hypothecæ constituitur, si novum sit feendum, in antiquo & ex pacto & provis

providentis constituto jus hypothecæ, & ex eo prælatio nulla nascitur, nisi etiam agnatorum proximiorum & simultaneè investitorum consensu adhibito. c. un. § sed etiam rep. n. per quos fiat invest. 2. F. 3. c. un. c. hoc quoq. l. de success. feud. 1. F. 8.

60. Consensus hic à feudorum Dominis Principibus, salvō jure tertii, & quidem ipsorum Principum, impetrari solet Vasallis, sub hac clausula, **Uns und unser Nachkommen der Herrschaft** und sonstigen jeder männlich ohne Schaden &c. & quidē non nisi ex evidente & notoria eorum necessitate, quā onera feudis imponere permittuntur. In Pomerania constitutum est, ut si proximiores agnati non subscriberint instrumentum hypothecationis feudorum, ad subscribendum & subsignandum citentur, qui, si non comparent, in pœnam contumacia deinceps non audiuntur, quod innuit privilegium Nobil. Pomeran. A. 1460. Es sollen und wollen auch in fin. Ibi: Und sollen die also gefordert und Ungehorsam aufgelebt werden sind/derwegē ferner nicht gehört werden. Qui ergo agnati subscribunt & subsignant, eo, quod validē consentiunt, jus protimileos perdunt, nec illo uti permittuntur: qui vero feudi oppignorationi consentiunt, si illud postea reluere intendunt, non sunt prohibendi, dummodo summam pecuniaē creditori refundant. **Dā. in c. un.** An agnat. vel fil.

61. Quamvis autem eō devenerit, ut hodie in plerisq; locis feuda ære alieno obnoxia, concursu creditorum existente, publicē subhastentur & vendantur, imo & in nonnullis locis feuda sine consensu Domini & agnatorum hypothecantur, illi creditores, qui consensu fruuntur, aliis, quicconsensu sunt destituti, ptaferuntur secundum prioritatem temporis, quod consensus ab uno ac altero est impetratus. Cæteri in suo ordine aut classe quā prælationem ex prioritate temporis, quod hypothecæ constitutæ sunt, supputantur. Æquum autem est, ut consensus hic nontatum ad sortem, sed usuras concessus intelligatur.

62. Illud quidem certum est, Dominum, oppignorationi salvō jure suo consentientem, feudū ad se reversō ad æris alieni solutionem teneri, quod non dixerim de Vasallo, qui spretō Domini consensu feudum vel ejus partem alienavit, feloniam namq; sic commissā, quod illicite alienatum est, revolvit ad Dominum irrevocabiliter, filiis & agnatis exclusis, firmiter pro nostra opinione tenemus, quam controversiam juris feudalis fatis intricatam & spinosam ventilationi committimus. 63. Hæc

63. Hæc de expressarum hypothecarum præcognitione dicta sunt. Dispiciendum jam, quomodo Creditores hypothecarii expressam hypothecam habentes se in concursu habeant. Concursus est vel inter ipsos hypothecarios solos, vel cum aliis concurrentibus.

64. In concursu hypothecariorum tenenda est hæc regula: *Qui prior est tempore, potior jure, quæ regulariter observatur in omnibus hypothecis & pignoribus, sive sit prætorium: judiciale aut Conventionale: expressum vel tacitum: generale vel speciale, l. si generaliter C. qui potior in pign. habent. l. 2. ff. eod. Qui enim à Prætore prior est immisus, posterioribus præfertur, qui diversum ab eo habent Titulum. Idem est in aliis, in quibus per se temporis prioritas observatur. Si namq; plures sunt creditores, qui allegant & probant pignus vel hypothecam conventionalem, hic specialem, alter generalem, tertius expressam, quartus tacitam, indistincte inter omnes hos ordo respiciendus, quomodo se fundant in prioritate temporis, ex hac enim si singuli concurrent, dimetienda eorum est prælatio.*

65. Qvoad Prætorium verò pignus certa distinctionis lima progrediendum, nam plures concurrentes in hoc pignore eundem habent titulum vel diversum. Illò modò prioritas temporis non attenditur, sed omnes simul concurrunt, neq; unius immisso alteri, eundem titulum habenti, præjudicat, quia & ipsi immisso competit. l. 15. cui § qui prior ff. ut in posse. legat. eas. eat. fac. l. fin. § 1. C. de bon. Autb. judici. possid. l. finita 15. § Julianus ff. de damn. infect. Hoc modo, si diversum nempe habent titulum, Regula locus est, & præfertur, qui prior ex peculiari & diverso titulo immisus est. l. 44. §. 2. ff. de damn. infect. l. 2. C. pri potior in pign. habent. Hinc conseqvitur, quod communiter tradunt Dd. ad. d. l. 2. quod prior tempore in pignore prætorio præferatur, posterior tempore in pignore judiciali.

66. In Conventionali generali hypotheca licet omnia bona præsentia & futura obligata videantur, item nomina debitorum & plura alia, non tamen ea veniunt, quæ qvis in specie verisimiliter non esset obligatus, si fuiset interrogatus, qualia sunt, sine quibus qvis vivere non potest, puta vestes quotidiane, supelleces, & alia, sine quibus vitam tolerate nemo potest, quod optime explicat Sichardus ad tit. C. quæ res pign. oblig. n. 3. 45. Nemo n. illis carere velle intelligitur, sine quibus vivere ei impossibile est l. 7. ff. de pignor. & hypotb. Quidnam autem sub supellecili continetur,

sineatur, bene tradit Paulus in l. suppeltili 3. ff. de supell. adversus quartum locum non habet actio Serviana vel quasi Serviana l. 7. ff. de pignor. & hypoth. Tanta etiam pecunia est relinqverenda, quam ad necessarium usum quotidianum opus habet, non existente ergo pecuniâ numeratâ, instrumenta vel Chirographa pro illo usu ei conservanda, quod æquius est, & tradit Gothofred. ad l. 6. ff. de pignor. & hypoth. Quid autem, vel quantum hoc sit, quod sub generali obligatione debitore obligare velle non præsumitur, judicis arbitrio pro circumstantia loci & temporis committendum esse existimo. Quæ. Debitor quidam obligavit alicui omnia sua bona, præsentia & futura, unam autem rem ex hisce cum creditoris consensu vendit, quam ipsam Creditor ex justo titulo iterum sibi acquirit, nam hæc res sub generali hypotheca abhuc obligata intelligatur. Multis negativam tentibus, placet negativa per constitutionem novissimam Justiniani in l. ult. C. de remis. pign.

67. Generalem autem hypothecam habere intelliguntur, qui consti-  
tuunt sibi specialem cum clausula generali, quæ hunc habet effectum, ut  
posit sibi consulere Creditor ex omnibus debitoris bonis, si hypotheca  
specialis forsitan non sit sufficiens, ideoque hi creditores rectè assimilantur  
creditoribus generalem expressam hypothecam habentibus, eorumque  
jure in prælatione utuntur, ut priores tempore, aliis, vel generalem, vel  
specialem, vel aliam quamvis, exceptis tamen excipiendis, habentibus  
posteriorem, præferantur per l. 9. C. de distract. pign. Novell. 112. cap. 1.  
Generaliter namque receptum est, ut generalem habens expressam ante-  
riorem omnibus sive expressam sive tacitam habentibus posteriorem, &  
anteriorem habens tacitam omnibus sive expressam, sive tacitam ha-  
bentibus preferatur, per ea, quæ tradit Mynsing. Cent. 1. Obser. 59. Gail.  
1. Obs. 25. n. 3.

68. Sed si unus specialem haberet in re quadam, alter generalem & spe-  
cialem simul in ea, quid juris? Inquirenda est temporis prioritas, datu-  
zutero, priorem vincere, atramen secundus specialem habens non potest  
molestari à primo, intuitu ejus generalis hypothecæ, quando ex sua spe-  
ciali potest habere satisfactionem l. quamvis constet a. C. de pign. & by-  
potb. Ideo verum est: Specialis hypotheca secundi creditoris præfertur  
generali prioris habentis specialem. Non obstat l. Creditores arbitrio  
8 ff. de distract. pignor. ubi ait Modestinus, Creditoris arbitrio permitti-  
tur,

tur, ex pignoribus sibi obligatis, qvibus velit, distractis, ad suum com-  
modum pervenire. R. Text. loquitur de illo casu, quando unus est credi-  
tor, cui est integrum, si debitor non solvat, distrahere pignus, sive spe-  
cialiter sive generaliter sibi obligatum. Verum d. l. qvamvis constet, de  
casu, quando concurrunt duo vel plures creditores, tunc enim prior  
creditor, habens generalem & specialem hypothecam, in prajudicium  
secundi creditoris non potest persequi pignus generaliter obligatum, si  
ex speciali hypotheca potest consequi suum. Valde hisce Obst. l. qvige-  
neraliter. a. ff. qvipotior in pign. bab. Resp. Textus loquitur de habente  
generalem hypothecam tantum, & sensus est legis secundum Gothofred.  
Ex generali obligatione potior habetur creditor, qvi ante a contraxit eō,  
cui postea res specialiter sunt datae l. b. eod. Noster sermo autem est de  
habente specialem & generalem simul, de quo recte constitutum, ut, si  
ea specifica hypotheca debitum suum posse redigere, non debeat vigo-  
re generalis hypothecæ, qvam æq; habet, secundum creditorem specia-  
lem tacitam habentem inquietate. Covarruv. variar. resolution. lib. 3.  
cap. 18 Tom 2. n. 2. Befie etiam hoc deducit ac declarat Sichard. add. b.  
qvamvis. a. C. de pign. & hypoth.

69. Ut autem hypotheca expressa constituatur secundum temporis  
prærogativam, non respiciendum tempus, quo quis priori loco credi-  
dit, sed jus pignoris est adeptus. l. 2. 3. & l. diversis §. C. qvi potior in  
pign. habent. l. 11. C. eod. Neguzant. 2. membr. §. part. princ. n. 2. Potest  
enim cum primo pignus aut hypotheca contrahi, nec tamen ei tradi, si  
enim secundo tradatur cum pacto venditionis, prior nihilominus præ-  
fertur temporis ratione, l. 12. § ult. ff. Qvipotior in pign. habent. Jus  
enim pignoris semel creditor iusq; factò debitoris deterius fieri non  
potest, l. Debitoris 16. C. de pignor. fac. l. penff. Qvæ res pign. dat. oblig.  
non posse. Hoc tempus in hypothecariorum concurso ratione Regulæ,  
Qvi prior tempore, potior est jure, computatur etiam ad horam, vel mo-  
mentum, & ad usuras, qvod notat Glosf. in l. si ex plurib. § fin. ff. de solu-  
tion. qvod cum aliis allegatis refert Gail. 2. Obs. 25. n. 3.

70. Limitatur autem hæc ampliatio usurarum ad usuras licitas, ut,  
qui prior tempore est, prior sit ratione usurarum, scil. licitarum, qvippe  
qvæ ex stipulatu l. 3. C. de usur. vel mora debentur, nec quisquam eas do-  
nasce præsumitur, nisi probetur, lex enim præsumit, usurarum solu-  
tionem

nem fieri prius, quam sortis, l. § 1. 2. & 3. ff. de Solut. Confer hac de re  
20. ampliationes & 20. limitationes apud Neguzantium de pignor. & hy-  
potbec. membr. 2. part. 5. quam rem non perseqvimus. Imo ad omnes  
hypothecas expressas porrigitur, salvis & exceptis ex causa privilegiatis,  
de quibus suo ordine diximus, qui creditoribus præferuntur omnibus,  
expressam anteriorem hypothecam habentibus. Locum ibidem habet  
prioritas temporis in conditionali hypotheca, quod bene tradit Negu-  
zantius de pign. & hypoth. d. membr. 2. part. 5. n. 9

71. Potest etiam prioritas temporis connumerari, ut si secundus Creditor primo offerat suum debitum, liberat ab eo pignus, juraq; primi Creditoris in se transfert, l. secundus ff. de pignor, l. in fin. ff. Qui potior in pignor. habent. adeo ut vigore causæ, quam à priori accepit, & pro suo pignus possit vendere, vel si nolit solutionem accipere prior creditor, possit secundus pecuniam consignare, & secundum consuetudinem loci deponere, quæ depositio idem habet ponderis, ac actualis solutio. Aliud est, si primus creditor à tertio sit superatus, quo casu nihil præjudicat tertius secundo, siquidem eo ipso non succedit in locum primi, sed prius eum excludit.

72. Quod nec æque procedit in feudo, creditore offerente debitum suum priori, quod prior accepere non cogendus, nisi sponte velit, vel forsitan secundi creditoris hypotheca contineat aliquod privilegium, ex quo prior, hypothecam expressam vel tacitam habens cum concurrente privilegio, eò evidentius aliis omnibus antefertur creditoribus. Sichard. ad l. Qui pignus. C. qui potior. in pign. hab. Quer. Nam etiam pri-  
mus Creditor possit offerre secundo, ut ejus jus in se transferat? Potest, si velit,  
non tamen potest cogi, ut secundus. Paulus § qui pignoris. ff. qvib. mod.  
pign. vel hypoth. solvit. Priores namq; sunt, & habentur regulariter po-  
tiores, nisi posteriores habeant tacitam quandam hypothecam privile-  
giatam, hæc enim in jure semper potior est illo, qui in hypotheca expres-  
sa, & non privilegiata, tantum prior est tempore.

73. Regula etiam, Qui prior tempore, potior est jure, officium suum perdit in illo, qui in pignus necessarios sumptus impedit, ad ejus refectionem & conservationem, quantumvis enim tempore sit posterior, præfertur tamen nihilominus ei, qui in pignore eodem expressam hy-  
potecam constitutam habet. Tum etiam in hypotheca privata, quæ licet

licet tempore prior sit, publica tamen coram Judice, Notario, aut Testibus, cum solennitatibus constituta, licet posterior sit, priori, sive generali, sive speciali, præfertur, l. *Scriptura C. Qui pot. in pign. hab.* nisi ipsa scriptura privata tempore prior trium testium sit confirmatione roborata, publicæ tempore posteriori rectè præfertur, quia in tali scriptura vel instrumento privato omnis deceptionis, doli, & fraudis suspicio celsat, d. l. *scriptura. ubi Dd.*

74. Qyod diximus de privata hypotheca tempore posteriore, eam comparati publicæ, si testibus sit firmata, in Scabinatu Stetinensi non attenditur, sed ex præscripto Illustriſ. Dn. Johannis Friderici D. P. judicialis simpliciter & indistincte præfertur extrajudiciali. Judicialis prohibetur, sive in judicio prælente Judice & Assessoribus publicè constituatur, sive hoc fiat coram Judice & Secretario, vel etiam inferiori Schulteto, dem Unter Schulzen/ qvæ hypothecæ constitutio appellatur die Heimliche Klage/ qvæ optimæ ratione civili nititur, & pro magna securitate creditorum, & minuenda inter eos circa punctum prioritatis instituendæ lite ad instar sententia Judicis, qvæ in rem judicatam transiuit, habetur.

55. Atq; sub hac judiciali hypotheca non tantum res qvævis sunt satis securæ, ut ratione hujus hypothecæ non tanrū omnibus extrajudicialib⁹, sed etiam inter se ratione temporis à momento ad momentū præferantur, Verū & in specie bona pupillorum, Ecclesiæ, Xenodochiorum & Hospitalium ita debent sub hac judiciali hypotheca in bonis debitorum assecurari, ut, si id negligent Tutores aut Provisores, cedat omne Tutorum, Curatorum aut Provisorum damno & periculo, sunt enim omnia horum bona pro mala administratione Pupillis, Ecclesiis, Xenodochiis, & Hospitalibus obligata, præsertim etiam ex hoc statuto. De jure civili insciari vix licet, hujusmodi credita sacra privilegiis pupillaribus & dotalibus æquiparari, ac proinde in anteriori classe ac ordine esse collocanda per e. i. de in integ. restit. c. audit. ubi Glos. ad verb. Ecclesia eodem. libi qværu. An legata ad pias causas debeantur etiam ex testamento imperfecto? Aff. ex ratione testium solenniter requisitorum, non institutionis, nullo Clar. § Testamentum. C. 6 7 8 Qvicquid sit in præsentiarum, ut præfati sumus, nos fundamus circa hunc passum in d. Constit. Illust. Johannis Friderici, D. Pom.

76. Gene-

76. Generalis tamen hypotheca præfertur speciali, potest tamen se-  
cundus creditor offerre priori creditum suum, atq; ipse hoc pignus re-  
cipere. Jus enim offerendi exceptis excipiendis locum habet inter Credito-  
res, l. creditor. § si pignus. l. e. C. st antiq. cred. pign. vend. l. potior. § fin.  
ff. qvi potior in. pign. bab. Hic autem generalem habens adeo in iure  
prævaler, ut, si ei ex bonis debitoris generaliter obligatis satisfieri non  
possit, possit ex re specialiter alii obligata solutionem querere, donec  
sibi satisfiat, l. & ff. qui pot. in pign. bab. l. si generaliter, C. eod sive sit sol-  
lus, sive inter concorrentes speciales hypothecarios prior, Neguzant 4.  
memb. i. part. pr. n. 15. si enim specialis esset, prior generalem anteve-  
teret, l. potior u ad pr. ff. qui pot. in pign. bab. l. licet 7. C. eod. Bartol. ad  
ff. eod. dummodo circa pignoris aut hypothecæ sibi generaliter obli-  
gatae distractionem ad modum inter contrahentes conventum, vel ad  
præscriptum l. un. C. de jure Domin. impetrand. vel pro modo cuiusq; lo-  
ci conventionis & observantiae debito & legaliter procedat. Circa  
distractionem namq; pignorum d. l. 43. solemnitas hodie parum ob-  
servatur.

77. Post Hypothecarios expressos colloco Fiscum, non quidem in  
causa principali, neq; contributionum, collectarum, tributorum, de-  
cimarum, & quæ horum sunt similia, de quibus visum in 36. cum seqq,  
sed duntaxat in causa contractuum cum privato quodam vel pluribus  
celebratorum, qui enim cū Fisco contrahit, simul ei sua bona tacite ob-  
ligare intelligitur, puta ex tacita hypotheca non privilegiata: De privile-  
giata namq; potissimum egimus in tb. 29. usq; ad 50. inclusive. Qvia  
autem Fiscus privilegiatus est, evenit, ut propter eum etiam ejus hypo-  
theca omnibus reliquis tacitis non privilegiatis, imo & simpliciter pri-  
vilegiariis sine hypotheca anterferatur. Fiscus enim in contractibus suis  
rerum Dominis tacitam privilegiatam & expressam hypothecam ha-  
beatibus postponitur, reliquis ordinibus regulariter præfertur. Confer l.  
e. & 43. ff. de jure Fisci & ordinat. Camer. part. a tit. 20.

78. Quod ipsum etiam extenditur ad casum, qvō bona debitoris  
sunt confundenda, licet etiam hic fiscus heredis personam susineat, ea ipsa  
tamen ratione creditoribus expressam hypothecam, præsertim anteri-  
orem, habentibus non præfertur, sed his primum fieri debet solutio  
l. inter eos. Sult. & ibi Gloss. in verb. ita fisci. ff. de Fidejusor. Imo non  
existente

stante concursu creditorum, in casu, ubi bonorum decernenda est confiscatio, hodie heredes fiscum excludunt usq; ad tertium gradum. Auth. *Bona Damnatorum. C. de bon. damna. & proscr.* In delictis namq; fiscus non habet tacitam hypothecam in bonis delinquentium, qvam habet in bonis contrahentium, nisi super delicto commisso ad poenam pecuniarum sit lata sententia, ex hac enim sententia inducitur qvædam ratio contractus, Bald. Alexand. Castren. Jason. & alii *Dd. ad l. rescriptum. ff. de Pactis.*

79. In concursu autem hypothecariorum & fisci attendenda sunt bona, qvatenus fisco sunt obligata. *Bona* quidem per expressam anteiorem specialem hypothecam obligata omnem hanc fisci transcendunt prærogativam, sed distinctio est tenenda iu bonis fisco obligatis per anteriorem expressam generalem, qvæ debitor habuit, anteqvam cum fisco contraxit, vel qvæ postea acquisivit. In illis præcedit hypotheca anterior generalis fiscum, in his præcedit fiscus hypothecam, *l. si is, qvi. 28. ff. de jure fisci*, qvod speciale est in fisco, & inter privatos ita non procederet, per *l. qvi generaliter, 2. l. qvi balneum. § fin. & l. fin. § et. ff. qvi potior in pign. bab.* Præfertur tamen hoc in casu pupillus Fisco, *d. l. fin.* Neguzant, *2. membr. s. part. pr. n 30. v. 20. ibi limita tamen. &c.*

80. Locator tacitam hypothecam habet in inventis & illatis conductoris in prædium urbanum, *l. 4. ff. in qvibus caus. pign. tacit. contrab.* *l. 4. ff. de Pact.* In rustico prædio tacite obligati sunt domino fundi fructus naturales & industriales, *l. 53. ff. de locat. in prædiis. l. 7. ff. in qvib. caus. pign. tacit. contrab.* non vero inventa & illata, nisi expresse de eis oppignorandis conveniatur, *d. l. 4. & d. l. 7. d. tit.* Si jam concurrent duo locatores unius domus, utriq; pari jure de pensione ex sua hypotheca provisum est, nec opus est, ut tempora discriminentur qvæ prælationem, *l. 16. ff. de Privil. credit.* Inter concurrentes vero dominos fundi seu prædiorum rusticorum ille melius sibi providerit, qvi præter tacitam hypothecam, qvam ipso jure in fructibus habet, sibi expresa illata obligari curavit, *l. 5. C. in qvib. caus. pign. tac. contrab. l. certi juris. C. de Locat.*

81. Quid si res ab inquilino in prædium urbanum inventa fuerit alii generaliter vel specialiter oppignorata, poteritne locator nihilominus tacitam suam hypothecam uti contra hypothecariam expresam anteriorem

teriorēm pro pensione sua impetranda? Neg. Anterior praeferitur, & cedit locator per Regulam Generalem: *Qui prior tempore, potior est iure.* Tacita namq; hypotheca oritur, ex qvo tempore res vere sunt inductæ, inductæ autem non censentur, qvæ alii sunt obligatæ, *b. Lucius. 18 ff. de qvib. caus. pign.* An verò ex rebus vere illatis conductor possit directe locatorē inscio aut invito qvasdam alienare? Si hoc non fiat fraudis locatoris, dubitare incongruum est: Prætor namq; locatorē tuebitur, *b. qui balneum. 9. ff. Qui potior in pign. habent.*

82. Legatarius habet tacitam hypothecam in bonis testatoris defuncti, attamen in illo casu, quando hereditas est solvendo, *l. & C. comm. de Legat. non secus.* In contrarium namq; concessum est creditoribus agere contra legatarios ex conditione indebiti ad repetendum ea, qvæ forsitan legatarii acceperunt, per *l. scimus. 22. § & si prefatum cum 3. seqq. & ibi Bartol. n. 3. 4 s. C. de jure deliber. l. creditoribus. & §. legatarios autem ff. de Separat.* Legata namq; nulla debentur, nisi deducto ære alieno, ac proinde si hereditas plus habet æris alieni, quam proprii, legatarii, utpote, qui de lucro certant, omni jure postponendi sunt creditoribus jus suum perseqwentibus, *d. l scimus. 22. § 5 vers. lacentia. C. de jure deliber.* Et quamvis legatarii præferantur creditoribus heredis, minime tamen præfertuntur creditoribus defuncti, *Sichard. ad l. si decreto. 2. n. 8. C. Qui potior in pignore habent.* Quam materiam, ac simul alias, qvæ de tacita hypotheca agunt, lubens non ulterius urgeo. Vid. Neguzant. part. 2. membr. 4. n. 6. ac seqq. Beust. ad *l. admonendi. 31. de Jurejur. n. 968. in qvib. caus. pign. tacit. contrab.*

83. Tranlimus ad personaliter privilegiatos, qui sunt sine hypotheca tacita: Inter quos omnium ferè calculo recepta est primo loco RespubBLICA Creditrix, qvæ omnibus creditoribus chirographariis præfertur, *l. donis. 22. § Respublica. ff. de Privil. Cred. Respublica namq; tacitam hypothecam ex mutuo non habet, perl. 2. C. de Jur. Reipubl. l. si fundam. C. qui potior in pignore habent.* Perperam Dd. nonnulli sub nomine Reipublicæ intelligunt solam Rempublicam Romanam, qvæ verò, mutata toties post tot secula Reipublicæ Romanæ formâ, & præter Romanam hodie aliis competit civitatibus. Vtrumq; quidem est, Reipublicæ nomen hodie tribui populis liberis, ut Venetis, Batavis, Helvetiis: De Anglis idem nemo asseret, qyorum causæ justitia adhuc

125101121

ad hoc latet, & actiones versantur in suo motu nondum terminato. Proprie competit civitatibus imperialibus liberis, non vero municipiis, nisi abusivè sumptuō vocabulo, in quo sensu generalissimo Res publica hic accipitur, quæ suos habet quosvis administratores, à quibus nomine Universitatis mutuari potest pecunia. Nihil tamen impedit, quod minus quævis Universitas in mutui datione prospicere sibi posit hypothecā expressā in bonis mutuatarii, quod cum licitum est cuilibet privato, quare hoc non sit integrum penes Rempublicam. Circa hanc rem consuenda etiam sunt varia locorum Statuta.

84. *Milites* indubito sunt privilegiarii personales: Horum autem alii sunt *togati*, alii *armatae*, alii *cœlestis* militiae. Primi ordinis non immrito sunt studiosi, hi enim totius orbis sunt seminaria, ex quibus omnes ordines & status ritè conformare licet, his enīa demptis tota mundi machina quoad directionem & gloriam suam cito corruerit, quicquid enim laudabiliter egerunt & adhuc agunt Imperatores, Reges, Principes & omnes Potestates, subsidiis juris divini ac humani peregerunt, sine quibus nulla militia armata legumq; decora & perpetua est, per elegantissimum textum in *Norell.* 69. in prefat. l. 14 C. de *Advocat.* divers. j. *diciis & Recesibus Imperii de Anno 1603* § Wie hoch und viel dann ja an der Heylsahmen Justitia gelegen/ ohne welche kein Reich / oder guter Nahme in der Welt immer bestehen kan. Et *Reces. de Anno 150.* in pr. Ibi: Wenn aber alles dieses urverfänglich/ wo nicht vorhin gutes Regiment/ Recht/ Gericht und Handhierung wehre/ uss dem als Grund post alle Reiche und Gewalt beruhen. Confer *Disput. nostram specul.* Roman. ad l. 2. ff. de O. J. à thesi 47. usq; ad 60.

85. Ex qua insigni prærogativa consequens est, si ex peculio quasi castrensi studiosus mutuum dederit, quin chirographariis sit præferendus, pari modo, ac si miles maximi, medii, aut minoris ordinis aut status de suo peculio castrensi mutuum dedisset, l. unic. C. de *castrens.* omn. *Palat.* *pecul.* Ultraq; namq; Peculia, castrenia vel quasi castrenia, pari passu ambulant, per expresos textus l. 2. à princ. l. 3. pr. l. 8. & fere tot. tit. C. de *proxim. facr. scrin.* l. fin. C. de *castrens. pecul. milit.* l. 2. & tot. tit. C. de *Privil. cum similib.* Ac proinde milites armata hac prælatione non minus gendant, si ex peculiis suis castrenibus dederint, favor enim hujus peculii magnus est, l. un. à *princip.* C. de *Castr. pecul. milit.* & *præficiton.*

86. Hinc

86. Hinc in testamenti factione aetivâ eximio prâvalent pagani  
privilegio, quod describitur à Constantino August. in l. 15. C de Te-  
stam. milit. Ibi: Si qvid in vagina aut clypeo literis sanguine suo rut-  
lantibus adnotaverint, aut in pulvere descripsirint gladio suo ipso tempore,  
quo in prâlio vita sortem derelinqvunt, hujusmodi voluntatem stabilem esse  
oportet. Et in pr. Inst. de Excusat. Tutor. hunc asseribit eis Justinia-  
nus honorem, ut, qui pro Republica cediderunt; in eternum per glori-  
am vivere intelligantur. Atque & milites cœlestis militiae, hoc  
est, Episcopi, Antistites, Diaconi, Presbyteri & Monachi, ratione  
sui quasi castrensis peculii, indulatum sibi ab Imperatoribus perso-  
nale privilegium habent in mutuo aliis dato, l. Sacrosancta. 22:  
Inst. autb. Presbyteros C. de Episcop. & Cler. l. 38. C. eod. Si sci-  
licet contra hostes Ecclesie orando & precando fortiter & religiose  
militant; alioquin non gaudent hoc privilegio; quemadmodum nec  
milites alii armati, qui deprædationibus & excursionibus illicitis pecu-  
lia sua de facto corradunt, quæ acquisitio militibus expresse est pro-  
hibita; neque privilegium ullum meretur, sed pœna dignum est, per  
l. Tribuni. 11 à princ. & l. contra. 14 C. de re militar. & notat. Dam-  
bouder. in Praxi Crimin. c. 86. 101. 102.

87. Sunt, qui deponentem, cuius depositum consumptum est, inter  
simplices privilegiarios ponunt. Si hoc ita se habet, quare & hic non  
collocant Dominum rei furtivæ consumptæ? Mulierem ratione dotis  
consumptæ? Omnipotens hæc ita perperam. Sive n. hæc omnia exten-  
sive non extent, vindicari tamen possunt, licet non directo, attamen utili rei  
vindicatione; quod latius notatum in thes. 12. 14. 15. nec mulium ab illis  
abest Welenbec. qui privilegiarios mirè inter se confundit in paratit.  
de Privilegiis Creditor. n. 6. cum seq. Rectius hic referendus est pupillus  
agens actione negotiorum gestorum, & qui ad rem emendam mutuum  
dedit; nec sibi passus est eam rem expresse hypothecari, privilegiarius  
appellatur, & non nisi chirographariis antefertur, l. Privilegia. ubi Glos.  
& Bart. de Autb. judic. posid.

88. Sed quid tenendum de Arrestantibus, num privilegiariis, an hy-  
pothecariis connumerandi? Distinguendum inter Jus Civile scriptum, &  
consuetudinarium. Secundum illud arrestantes privilegiariis præpo-  
nuntur, nullâ enim gaudent hypothecâ, vel pignore prætorio, quod di-  
ferte:

ferte tradit Wesenbec. in paratitl. ff. de Privileg. Creditorum n. 9. qvi arrestantes ponit in tertio ordine, ut præcedant primum hypothecarii, deinde personaliter privilegiati succedant, demum subjiciantur arrestantes, ultimô loco Chirographarii; Ratio est, qvod solum arrestum jus reale nullum inducat, nisi forte realis subsecuta sit immisso. Aliud tamē locoru consuetudine, præsertim Saxonæ, receptum est, qvā arrestantes præferuntur privilegiariis. Modestus Pistor. q. 152. n. 19. Oportet autem, qvi jure hoc arresti uti velit, arrestum legitime impetrat, & prosequatur, alioquin arresti nulliter, aut clandestinè facti, nulla vis est & efficacia, de quo consulenda sunt Juris Saxonici solemnia reqvisita in Constit. Elector. 29.

89. Ad arresti autem validitatem non rigorese reqviritur actualis immisio in bona arrestati, sed sufficit arresti legitima impositio, impositi legitima, & solennis pro ratione statuti locorum prosecutio, qvæ frequentius in tribus juridicis terminis fieri assolet, qvō ipso arresti jura sunt integra & cum effectu intelligenda, inducunt namq; nonnulla jura statutaria, præsertim Jus Saxonicum tacitam hypothecam arrestanti in bonis arrestati, si subseqvat realis immisio, dubio procul arrestantem pignoris prætorii jura plenè asseqvi asserendū, qvod visitur in constitut. Saxon. Augst. 28. p. 1. insimul cautum oportet esse arrestantem, ut arrestati faciat bona arrestati propria, non vero ea, qvæ habet ex ratio alio, qvo rerum dominia non transferuntur, puta, si penes eum sint res commodatae, deposita &c. si enim in hisce imponeretur arrestum, frustra & inutiliter imponeretur. Imò si propter debita mariti dos uxorii arrestaretur, frustraneum & nullum foret arrestum.

90. Ex Constit. Joh. Frider. Duc. Pom. in Scabinatu Stetinensi arrestans jus hypothecæ asseqvitur, ad instat ejus, qvi vel generalem vel specialem, conventionalē hypothecam in bonis debitoris sibi legitimè acquisivit: circa quod tamen observandū, qvod, si quis in debitoris bona sibi generalem prius constituat hypothecam, deinde aliis in specialibus qvibusdam bonis eam sibi faciat, generalem habens præferatur habenti specialem. Prioritas tamen temporis uti in omnibus hypothecariis potissimum debet attendi, ita etiam observanda inter arrestantes, qvod innunt verba finalia d. Constitut. Ibi: *Eiglich allen Arrestanten wird nichts minder / als solchen Klagen/ eine dingliche Gerechtigkeit der Priorität!*

priorität halber / von der Zeit an / daß der erste Kümmer durch den Richter geschehen / und vom Kläger gebührlich verfolget ist / zu dem bekümmerten und arrestirten Gut / so weit des arrestanten Forderung dingliche Gerechtigkeiten sich erstrecken / unvorigreiflich gestatet und gegeben.

91. Statutis ergo his valentibus apprimè constat, quantum ratione harum intersit inter privilegiarios & arrestantes, hi enim propter adeptum ius hypothecæ gaudent temporis prioritatem, ut, qui prior tempore, præferatur in jure, quod cessat in privilegiariis, quorum nulla habetur prioritatis ratio, quæ temporis computum, sed quisq; horum in concursu admittitur pro privilegii sui qualitate ac respectu, l. *privilegia. 32 ff. de reb. auth. judic. possid.* Datò ergo, multos concurrere privilegiarios ex una causa aut titulo, omnes pro rata simul concurrunt; si ex diverso titulo, quisq; in suo ordine concurrit, nullà omnino attentâ temporis ratione, aut prærogativâ, quæ in privilegiariis exulat, quia hypothecâ carent, quæ temporis rationem inducit. Soli autem privilegiarii concurrunt ex privilegii sui ratione, ita ut infirmius privilegiū cedat potentiō & valentiō, d. l. *privilegia. ubi Gloss. & Dd. ff. de autb. judic. possid.*

92. Vísum esto de privilegiariis personalibus, transeamus jam ad classem Creditorum ultimam, quam nudi occupant chirographarij, qui ideo in ultimo collocantur ordine, quod nullo reali sive personali gaudent privilegio, sed nudo nituntur suo personali ac literali chirographo, welche keine Freyheit oder Pfandliche Gerechtigkeit vorzutragen haben/ sondern nur bloßer Dinge auf Briefe und Siegel/ oder andere Verzeichnissen und Nachrichtungen sich berufen können. Chirographarius namq; creditor non tantum dicitur ille, qui à debitore crediti sui accepit legale chirographum aut syngrapham, sed &, qui specialem sed insufficientem habet hypothecam, cogitur namq; hic in reliquo ad chirographiorum descendere ordinem. Ad qvos etiam referuntur, qui in Calendariis suis & libris rationum credita annotarunt, quod frequens est inter opifices & mercatores, qui privatâ annotatione & scripturâ credita sua consignare assolent.

93. Quamvis autem privata annotatio & scriptura penitus sit suspecta, & pro scribente parum vel nihil probet, l. *Instrumenta. l. Exemplo. l. Rationes. C. de Probat. l. fin. C. de Conveniend. Fisc. Debit.* pro mercatu us tamen, addo etiam opificibus, integræ famæ ac opinionis, ex communi

comuni Dd. opinione receptum est, ut annotatio & scriptura eorum  
plenè probet in causis sua negotiationis, concurrentibus omnibus re-  
quisitis, qvæ tradit & cumula Gaius cum multis allegatis 2. Observ. 20.  
ubi vid. *Quid si chirographum sit amissum, num eō ipso protinus liberatur*  
*debitor?* Neutiquam: Potest namq; creditor ad novationem seu no-  
vam obligationem faciendam debitorem compellere, *I. Chirographis. ff.*  
*de Administr. tutor.* eaq; amissio solō creditoris juramentō potest pro-  
bari, chirographum sine omni creditoris facto, dolo aut culpa ex solo  
casu fortuito esse amissum, præsertim si jurare paratus sit persona ho-  
nesta, & fide digna, qvod ponderat Bartol. per *I. bujusmodi. S. si ita.*  
*n.z. ff. de Legat. II.*

94. Eò minus amissō aut combustō pignore aut hypothecā obliga-  
tio aut debitum interit aut extinguitur, sed creditor nihilominus potest  
credитum suum à debitore petere, *I. domo. 21. ff. de pignorat. act. planē eti-*  
*am & secure consuli potest debitori per acceptilationem creditoris d. b.*  
*& S. si ita.* præsertim si de modico præjudicio agitur, ubi statut jūramen-  
to creditoris. Qvod si verò solverit Debitor, creditor verò vel dare apo-  
cham vel chirographum restituere recusat, poterit debitör illud à cre-  
ditore condicere vel qvovis modo vindicare, *I. plures apochas. C. defid.*  
*instrum. I. fin. C. de solut. I. fin. C. ad exhibend.*

95. Ex ante ergo chirographō, vel, qvod sū per casum fortuitum amis-  
sum, satis probatō, concurrentes soli & nudi chirographarii non di-  
stinguntur tempore, qvibus chirographa singulorum sunt subsignata,  
ac subscripta, sed simul admittuntur, secundum proportionem tamen  
Geometricam, nullā temporis habitā prærogativa, wird nicht angeset-  
hen/ ob eine Handschrift älter ist/ als die ander/ postqvam rerum Do-  
minis, hypothecariis tacitis & expressis, & privilegiariis, imo & arre-  
stentibus est satis factum. Ideo difficulter, vel raro aliquid ad chirogra-  
pharios pervenire solet, & propriea horum simplicium chirographati-  
orum omniū deterrima & incertissima creditorū cause & conditio est.

96. Regulare est inter hos chirographarios, ut qv.sq; sibi viglet  
proximē namq; in hoc passū iura vigintib; scripta esse intelliguntur,  
Hinc est, ut si uons ex chirographariis aliis integrum munus suum de-  
bitum depletus sit, illudēum aliis communicare non tenetur, præsertim  
hereditas sit solvendo, si fecus, qvod in præjudicium aliorum solutum

est.

est, repeti potest, per rationem ferè eandem, quæ est legatis, hæc namq; habent in bonis defuncti tacitam hypothecam, verum non aliter, nisi in illo casu, quando hereditas est solvendo; si non est solvendo, præferuntur creditores non tantum hypothecarii, sed & simplices chirographarii legatarii.

97. Item Revocatio & repetitio locum habet in bonis ab aliis possesis, si enim ex hisce debitor uni chirographariorum solverit, integrum est reliquias, ut repetitione facta solutum inter omnes communicent, neq; interest, rem solutam penes chirographarium illum adhuc existare, vel num mala fide sit consumpta: quod enim ita ex dolo debitoris in fraudem reliquorum creditorum alienatum aut solutum est, merito iusta repetitioni subjacet. *I. Julianus. § Marcellus. 4. ff. ad exhib. fat. I. ait Prator. § hac attio. de action. Bartol. & Jas. ibid. nisi forte vigore statuti inter chirographarios agnatos, cives, & extraneos recepta sit prælatio. Benth. de Prælat. part. 1. cap. 42.*

98. Revocatio inter chirographarios recepta obtinet etiam inter expressos hypothecarios anteriores & posteriores, ut, si quid inconsulto solutum sit posterioribus, repetere illud liceat anterioribus, si solutionem suam asseqvi hi non possint. Existente namq; hereditate defuncti sufficiente, sufficiat anterioribus, si & ipsi sui adipisci possint satisfactionem. *Cazpov. constitut. Saxon. 28. definit. 183.*

99. Quod si debitoris bona creditoribus non sufficiant, ut tamen quovis modo fiat solutio inter creditores proportionabilis, tenentur singuli creditores de suis creditis aliquid remittere. *I. jurisgentium 7. § fin. ff. de Pact. quæ remissio inducitur plerumq; à majori creditorum hypothecariorum parte, minimè verò à chirographariis, qui, licet majori numero adsint, hypothecariis tamen, nihil imponere posunt. I. 10. ff. de Pact.*

100. Quod diximus, chirographarios ultimum inter creditores tenere locum, intelligendum est de debitoris primi defuncti, non de ejus heredis creditoribus, hisce enim simul concurrentibus omnibus & singulis, sive sint hypothecarii aut privilegiarii, nullò penitus excepto, hi, licet simplices tantum sint, & chirographarii, jure ac beneficiō separationis præferuntur, *I. sciendum. § 1 & 3. 17. ff. de Separation.*

Atq; hisce pro instituto fini⁹.



Nobilissimo FRIDERICO à KUSSOW de Jure

Pralationis inter creditores disputaturo.

CRedita si poscunt plures, cui solvere primo

Prima velis, docte, mi FRIDERICE doces.

Tecum hic SITHMANNUS conatur multa. Sed audi!

Debentur primo credita prima patri.

J. MICRÆL. S.S. Th. D.

NObilis ingenii specimen KUSSOVIUS audet,

Credita publicitus dum potiora docet.

Ex hypothecarum stat constans regula jure:

Tempore qui prior est, jure & is est potior.

Insuper ex aliis nata est prælatio causis,

Quem est hic melior, deteriorve alias.

Singula perlustras, thesum ceu non maius possit,

Debitor at dicar; creditor ipse fies?

Debitor es JOVÆ: PATRIÆq: BONISq: TIBIq:

Relligio ergo Tuæ est: Cuiq; suum tribue.

In favorem & amorem Nobilissimi

Respondentis, in ejusq; studiorum

prosperrimos successus

scr.

JOANN. Sithmann U.J.D.

& Prof. PRÆSES.

Si

**S**i prior haud prior est? sic, qvi prior æra locavit,  
Non qvavis repetet conditione prior?  
Hoc plebes doceat; si sit prudentia præses,  
Puncta vel extremus prima tulisse queat.  
Sic causæ Deajusta favet; sic abdita vulgo  
Prudenti prudens dexteritate notat.  
Tu saltem substerne tuis justissima factis:  
Rideat illa Midas; approbat alma Themis.

Nobilis. ac Politis. juveni, à moribus ac industria  
sibi probatissimo, commensali suo dilecto fudit

**HENRICUS SCHAEVIUS;**  
**Ph. & M. D. Poet. Cæs. & Prof.**

Dum nos vexat hyems, & agris inimica pruina,  
Dum nos frigus habet, solus, Amisit, cales.  
Erumpet, credo, in flammarum, calor iste, coruscum,  
Cum gratis ætas ignibus arva premit.  
Et quia nunc Temidi specimen strenuæ dedisti  
Ingenii, hac reddet manera grata Tibi.

Hisce nobilis. ac doctissimo Domino à Küssow  
de intricatisima in foro materia disputanti  
amico suo amando l. m. q. gratulatur

**PETRUS Dorch J. U. C.**

**Q**uis prior & potior capiat, qvæ credita qvondam,  
Dum tu, KUSSOVI, jura per ipsa citas:  
Præ multis prior ut fias potior, vovebo,  
Sic Themis in media nobilitate micet.

L. m<sup>z</sup>  
Nobilissimo ac Praestantissimo Dr. Respondenti  
apposuit

**JOHANNES COTHMANNUS,**  
**Dicast. Stetin. A. 1656.**


os (o) sc











## VULGO DICTO v die Klapper-Jagd.

33

### §. XI.

Quodsi igitur in iudicio petitorio (a) super ipso ita  
di iure controuersia mouetur, is, cui solum inferi-  
a minor, aut media, venatio data est, a nostro ve-  
modo se abstinere debet in locis, vbi ferae maio-  
bentur. Is autem, qui duntaxat superiori, siue ma-  
audet venatione, tali, vice versa, vt nequit in lo-  
ci ferae minores, aut mediae, subsistunt. Ratio as-  
tius in promtu est, qui alterius ferae per eiusmo-  
nationem disturbantur, et in aliena loca extra ban-  
erium transfugiunt (b). Non debet autem alteri

per

orum numerus praeter necessitatem non sit augendus, si-  
lem id quoque non facile permittitur, vt, praedio, cui  
venandi cohaereret, inter plures possessores diuiso, in lo-  
vnius jaculatoris, qui ante factam diuisionem fuit, postea  
es substituantur. Vid. Mandata Regis Prussiae d. 9. Maj.  
4. d. 10. April. 1709. d. 8. Mart. 1712.

Actiones, quibus partes litigantes in iudicio petitorio ex-  
intur, sunt Confessoria et Negatoria utilis.

Audiamus ante, quam ulterius progredimur, ipsosmet ve-  
tes, quibus potissimum in sua arte credendum est. Huc  
me faciunt tria luculenta testimonia, quae sequentibus  
s concepta sunt:

Steuer der Wahrheit attestire ich Endes, Unterschriebener  
1. Schwarzburgischer Ober-Förster hiermit auf Begehr,  
das so genannte Klappern oder Klapper-Jagen, wenn  
nehm-

E